UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ars versificatoria Joannis Despauterij Niniuitæ Bergarum apud Diuum Guinnocum Ludimagistri

**Spauter, Johannes de**

**Argentorat., Anno M.D.XII.**

**VD16 D 630**

urn:nbn:de:hbz:466:1-70847

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nulla sit tege velle a ... que ... quod veteres ... [illegible]
... [illegible] ... sapta ... solebant ... [illegible]
... [illegible] ... quod ... verba ... [illegible]
... [illegible] ... [illegible]
... verba ... [illegible] ... et ... [illegible]
... [illegible]

In mentem venire elegantie sit ... quod ... et ... [illegible]
dicto apud claros auctores ... [illegible] ... mihi ... [illegible]
venit ... in adolescentia quod ... [illegible] ... et ... [illegible]
... [illegible] ... in ... venat ... [illegible]
... [illegible] ... et dicto apud claros auctores ... [illegible]
... [illegible] ... habueris ... aliquid ... venat ... [illegible]

Th. 6088.

S. H.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ars verſificatoria Joannis Deſpauterij Niniuitæ Bergarum apud Diuum Guinnocum Ludimagiſtri.

EX SECVNDA RECOGNITIONE.

LECTOR EME, LEGE, ET PROBABIS.

Liber Societatis Jesu Paderbornae

U III 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### In laudem artis verſificatoriæ doctiſſimi viri Io. Niniuitæ carmen Iacobi Pape, ad Lectorem.

Quiſquis es Auſonios cupiens contexere verſus,
Hoc eme metrificę nobile legis opus.
Syllaba quanta docet, vel qualis rite locanda,
Et qua ſam verſus arte regendus erit.
Confiteor fuerant doctorum ſcripta virorum
Manca, ſed hæc ſtudio ſunt ſtabilita bono.
Quicquid habent ſacrę congeſta volumina frugis
Hanc nouus ingenti fœnore reddit ager.
Contrectare diu docet omni euoluere noctu.
Verſibus vtilior non liber eſſe poteſt.
Hunc lege, ne vanis excedant tempora rebus,
Et data ſub memori dona reconde ſinu.

### Hexaſtichon Liuini Crucij Enomij in artem verſificatoriam Ioannis Deſpauterij Niniuitæ.

Si iuuet Auſonia muſas celebrare camœna.
Si iuuet Orphæis plectra ſonare modis,
Linque ſacros hauſtus Heliconis, linque liquores,
Deſine ſompniferis ſæpe cubare iugis.
Hic Heliconis erit fons, hic Parnaſſia rupes,
Ora riges vigil hoc ſit tibi monte labos.

# ſoannis Deſpauterij Niniuitæ in artem Verſificatoriã Pręfatio.

ſoannes Deſpauterius Niniuita, Gæorgio Haloino nobiliſſimo heroi & vndecũq; doctiſſimo domino Haloinę domus ac ditionis, cõmuni litteratorũ patrono, muſarum delicijs, ac ſuo Mecœnati humaniſſimo, Salutem dicit plurimam.

Rtem verſificatoriam (quam ſtichologian græci vocant) literaturæ partem, vt difficillimã ita longe præcellentiſſimã, & poetis in primis neceſſariam, ſex annis, vehementi labore inter quottidianas occupatiões elucubratam, tuo nomini conſecrare nobiliſſime domine, auſuſſum. Vtinã eiuſmodi, vt vel tuis in nos meritis, vel meo erga te ſtudio, reſpondeat. Noui ego delicatiſſimũ tuum palatum, noui acerrimam cenſuram, cui nihil non exactiſſimũ placeat. Vellem equidem celſitudini tuæ meliora deuouere, quod quum non poſſim, ferenda puto Mecœnati meo qualiacunq; munuſcula. Nam (vt Plinius ait) & dijs lacte ruſtici, multæq; gentes ſupplicant, & mola tantum ſalſa litãt qui nõ habent thura. Dabis igitur (vt ſpero) audaciæ noſtræ veniã, nempe ſoles meas eſſe aliquid putare nugas. Non adeo ſum mihi Suffenus, vt neſciam artem meam eſſe imperfectam, tamen audendum eſt, quia noſtra præcepta (vt Columellæ verbis vtar) non conſummare ſciẽtiam ſed adiuuare promittunt. Nam (vt idem ait, & me plurimũ conſolatur) in omni genere ſcientiæ & ſummis admiratio veneratioq;, & inferioribus merita laus cõtingit. Erunt fortaſſis nonnulli ſophiſtæ vel poetaſtri, pſeudographi, phyſiologi, legulei, ſacrificuli, aſophi, plani & tenebrones, qui cauillabuntur hanc artem tenuiorem eſſe, q̃ quæ tanto viro dedicari debuerit. Verum hi tuo iudicio, vehementer errant, vt qui ſcias ipſos orbis dominatores hanc artem vt excellentiſſimã ſummope excoluiſſe. Auguſtũ dico & Germanicũ, & alios multos Dedecerẽt ꝑfecto te vł aliũ quẽuis nobilẽ, iſtoꝝ grãmatiſticę merę nugę, nullis ſcilicet innixa veteꝝ monumẽtis, ſed ſuis ab ignorãtia ꝑfectis regulis fatuis etymologijs, ridiculis diſcriminũ verſiculis, vulgi abuſu (quẽ ꝓ vſu indoctiſſimi habẽt) & alijs id genꝰ apinis,

At neq; Diomedis litteratura Athanaſio, nec Seruij centimetrum
Albino, nec Priſciani opus Iuliano, nec ( vt neotericos attingam )
Antonij Nebriſſenſis grãmatica vnq; videri poterit, Iſabelę Hiſpa
niarũ reginæ celſitudine indigna. Hos ego viros, cum cæteris lin
guæ latinę columĩbus, tuo ductu, tuoq; auſpicio imitatus, ex om̃i
bus ferme veterum libris, conatus ſum aliquid in medium afferre
vt iuuarem pro meis viribus, linguã latinam inſtaurare. In qua re,
quicquid profeci tuũ eſt. ex quo plus didici, ꝙ ex alio quouis præ
ceptore. abeſt dicto aſſentatio, id nouit deus. Tu mihi Ariſtarchus,
tu Mœtius, tu Quintilius, quod quum e multis litteris tuis lacteo le
pore profluẽtibus, tum ex ijs quas hoc anno pridie Iduum Ianua
riarum ad nos dediſti, liquet clariſſime. Sic em̃ ſcribis. Adſit nobis
deliciarũ linguæ latinæ zelus & auiditas. ſit inter nos eleganſiæ ma
ioris honeſta diſceptatio, maneatq; in ſcrinijs noſtris, nõ patiar et
enim ſcripta mea in vulgus prodire, priuſq; priſcos authores ad
vnguem perlegerim, ne forte in errorẽ incidam. Si hoc fecerimus
miraberis, quantũ fructum inde concipiemus. hunc in modum &
in alijs epiſtolis me frequẽter monuiſti, ne editionem meam preci
pitarem, & hoc auriculis meis ſubinde inſtillaſti. Neſcit vox miſſa
reuerti. Et nõnunq; territaſti Vergiliano exemplo, qui æneida teſta
mento cremari iuſſit, ꝙ eam nõ caſtigauerat. Quo factum eſt, vt in
ſextum annũ dilata ſit huius operis editio. Nam ante tres annos, ra
tus hanc artem ita a nobis ſupremã manum accepiſſe, vt edenda
iamiã videretur, eam tibi legendam obtuli ſperans ( quæ mea fuit
inanis iactantia) me ob id opus, non parum [illegible]bs te laudatũ iri. Ve
rum multo aliter euenit. Nam tu ( vt es nobiliſſimorũ prudentiſſi
mus) ſenſiſti illico, artẽ meã magis ex grãmaticorũ officina, ꝙ ex
poetarum veterum adytis prodijſſe, quod vt ipſe nõ diffiterer, ſta
tim rogaſti, an Silij Italici libros lectitaſſem? Quũq; id abnuerem,
iuſſiſti vt perlegerẽ, cognoſceremq; artem meam admodũ eſſe im
perfectam, id quod ipſe mox comperi. Itaq; pręter eos quos antea
perlegeram poetas (qui fuerant admodũ pauci & neoterici plures
ꝙ veteres ) dedit mihi perlegẽdos nobilitas tua Lucretiũ, &( quem
antea cum Horatio, Ouidio, Martiale, Iuuenale, Perſio perlegerã )
Vergilium, præterea Maniliũ, quem alij malliũ vocant. Germani
cum Rufum, Ciceronẽ in Arato. Catullum, Tibullum, Propertiũ,
Senecam in tragœdijs. Valeriũ flaccum. Statium Papiniũ, Auſo
nium, Claudianũ, Sidonium apollinarẽ, Columellam, Palladium
Tum etiam grãmaticos & alios ſcriptores plurimos. Ex quibus ve
hementer emendaui & auxi artẽ meam, coactus multos taxare ꝑ

Ant. Nebriſ. Iſabela.

communi vtilitate, qui maximo in precio habentur. quia licet do-
ctiſſimi fuerint, tamẽ non potuere inter tot barbariei milites, nihil
vitij contrahere, ideo ne quem iniuſte culpaſſe puter, libet altius re-
petere quanta ſit inter poetas antiquos & neotericos differentia, vt
more boni agricolæ, ſerere ingenuum volentis agrum, liberem
arua prius fruticibus, falce rubos, filicemq; reſecem, vt ſciamus, in
ter poetas quos imitari & quos vitare deceat. Neq; enim oĩbus
paſſim credere debemus, ſed illis dũtaxat qui floruerunt inter du-
centos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antoni
num Pium, hoc eſt ante chriſtianũ natalem annis cẽtum, ad cente-
ſimum quinquageſimũ. ex quo ſalutem Chriſtianã numeramus.
Nam & latinus ſermo, quẽadmodum & cætera mortalia, aliquã-
do incœpit, habuitq; ſuam infantiam, in qua vix quicq; effari po-
tuit, ſic locuti ſunt Aborigines primum cum Faunis vatibuſq;, ſic
deinceps Latini & Albani, ſic carmina ſaliaria compoſita ſuis ſacer
dotibus tandem parum intellecta, vt Quintilianus teſtatur, non
adeo longe poſt hoc ſæculum poetæ fuere. Liuius Andronicus,
Ennius, Plautus, Næuius, Pacuuius. Cæcilius, Actius, Terẽtius, Lu
cillius, Turpilius, Marius. Afranius, Dorſennius, Attilius, Trabe-
as, Aquilius, Imbrex, Nonius & plures, quorũ exceptis paucis ope
ra interciderunt. hos multa licenter duriterq; dixiſſe teſtantur Mar
tialis, Perſius, Quintilianus, & inter grãmaticos Priſcianus. ait autẽ
Perſius. Eſt nunc Bryſęi quẽ venoſus liber Acti, Sunt quos Pacu-
uiuſq; & verrucoſa moretur Antiopa. Qđ autẽ ad quantitates atti
net, raro horum authoritate vtimur, quia Ennius & Andronicus
Epici & Lucillius interciderunt, cum reliquis qui fere comici fuerũt
Plautus vero & Terentius tam varijs vtuntur pedibus, tam ſæpe
ſunt temporum iniuria mutilati, tam varie a varijs verſus diſtin-
cti, vt difficillimũ fuerit quantitates dictionũ ex his expiſcari. Poſt
hos qui ſequuntur, linguã latinam mirum in modum locupleta-
runt, quos omnino imitandos dicimus. vt ſunt illi, quos a me dili-
genter perlectos ſupra memoraui, præter Auſoniũ Gallum & Si-
donium Apollinarem, qui longo tempore poſt reliquos memo-
ratos in multis a ſuperioribus defecerunt, vt hoc opus perlegenti
patebit. Claudianũ & ſi eodem ſæculo fuiſſe conſtet, multo tamen
minus a veterũ inſtitutis aberraſſe comperimus. Itaq; poſt Hadria
num imperatorẽ cœpit indies latinus ſermo maiorem in modum
languere, & quodam quaſi ſenio contabeſcere, irrũpentibus in Ita-
liam barbaris, quod nimis factum eſt, ſub aduentu Gothorum in
Italiam, regumq; Longobardorũ, ad fatalem illam totius generis

Liguæ latinæ infantia.

Poetę antiqſſimi.

Poetæ imitãdi.

Liguæ latinę virilitas.

Auſoni⁹ gallus.

Claudianus.

Liguæ latinæ ſenectus,

humani peſtem Mahumeteam, quæ cum om̄ibus ingenuis & bo-
nis artibus ſermonem quoq; latinū intercepit, qua ætate pauci ad-
modum fuere poetæ, & illi quidem ſuperioribus longe indoctio-
res, Rufus Feſtus. Alphius auitus. Calphurnius ſiculus, cuius buco

Poetę ru diori ſæculo nati

lica extant & perlegi. Terentianus, Claudianus, Sidonius, Auſoni-
us, Iuuencus, Prudentius, Fortunatus, Serenus, Boetius, Proſper,
Priſcianus, Lactantius, & multi alij ſcriptores quibus (quātum ad
latinitatem attinet) eatenus fides habenda eſt, quatenus ea que no-
bis afferunt, veterum authoritate probari queunt. nam vt de reli-

Sidonius in multis errat.

quis, interim paululum taceam, de Sidonio Hermolai Barbari iu-
dicium in lib. vi. Plinij cap̄. xxvi. neutiq; ſilebo, ſic autem inquit Si
donius Apollinaris, legendus totus, probandus non totus. Nam
Cteſiphon contra artem corripuit, Ioannes quoq;, & heraclitus &
diaſtema, tum alia compluſeula contra artem, vel corripuit vel
produxit, vt paraclitus & ſyllogiſmus & cætera, quæ cūcta ſuis lo-
cis declarabo, de heraclitus aliter ſentit Pius Bononiēſis vt enuclea
mus in medijs i ante t. Prudentius quoq;, vt Lactantius in nonnul
lis veteres poetas imitari negligentius deprehenditur vt Sedulius
& Arator multo magis hallucinantur. Galterus, Gamfredus, Ala-
nus, Petrus Riga, vt ſæpiſſime declarabo. Sed omniū longe fœdiſ-
ſimi ſcripſerūt qui hos ſecuti ſunt, qui violata paſſim ac diſiecta Ro
mani imperij dignitate, minime ſeruarunt latini ſermonis purita-
tem, quod & Theodoſij tēporibus fieri cœpit. Nam Sidonius qui
ſe Pliniū in epiſtolis imitari predicat, peregrinū & gallicum redo-
let (vt ait Petrus Crinitus in illius vita) & ſimul inepta verborum
affectatione, ſupra modū laborat, quēadmodum Fulgētius, Eno-
dius & Mamercus. Eo autē res tandem deuenit, vt reiectis doctiſſi-
morum monumētis, & omni elegātia proſcriptæ, Gothi cum re-
liquis barbaris omnem romanorū ordinem peruerterent, & bar
baries totius orbis fœdiſſima regina, latinitatē penitus peſſundede-
rit. Quod idcirco eueniſſe hariolari licet, quia Gothi plurimos lati-
norum libros exuſſiſſe dicūtur, & romani principes tum omnes
gothi, vuandali, vł alij barbari fuerūt in nullo honore fuerūt poe
tæ apud principes & reges vt qui ab illis non intelligebātur. Ideo
delectare minime potuerūt. Chriſtiani autē pontifices, Abbę, Car-
dinales, & cætera eccleſiæ columina, poeticē, vt diaboli pabulum
tum ſpernere cœperunt, immerito tamē vt pulcherrime in apolo-
getico ſuo oſtēdit diuinus poeta Baptiſta Mantuanus. Ita quū nul-
la poetis laus honoſq; fieret, poetæ nūlli fuerunt. Siquidem veriſſi-
mū illud verbum, honos alit artes. Et quod Martialis ait. Sint Me
cœnates nō deerunt Flacci, Marones, Ergo reiectis ethnicorū libris

ſine qbus latinitas cõſiſtere neqt, cõſequens fuit, latinitatẽ neceſſario interire. Quapropter barbari ipſi Virgilianã poeſim faſtidiẽtes, nouã ꝟſificãdi artẽ excogitauerũt, veterꝝ obſeruatiões in q̃ntitatibus, nec ſciẽtes nec ſcire cupiẽtes ſuas aniles excogitationes oibꝰ veterũ monumẽtis p̃ferentes, os ſuillũ ꝑfecto habuerũt, cui id demũ bene olet q̃d oletũ olet. Hmõi itaq; ꝟſus optimos iudicabãt. Aethiopũ terras iam feruida torruit ęſtas. & tales leoninos vocabant. Anglia, Flandria, Florida, Frãcia neſcia fraudis. Poſſidet hęc tria p̃mia, prędia, p̃lia, laudis, hos tũ bellarios nuncuparũt Virgo parens chr̃i cõſiſtens inuiolata, Tu mihi p̃grata ſũma bonitate dediſti. hos cruceſignatos dixere, Ignis edax & flãma vorax mea deſtituere Nũmus emax animuſq; ſagax ea reſtituere. Quinetiã rigimos (vt ipſi dicũt) excogitarũt veluti, Pãge ligua glorioſi corp̃is myſteriũ Sanguiſq; p̃cioſi quẽ in mundi preciũ. Catharinæ collaudemus virtutũ inſignia. Pange ligua gl̃ioſi p̃ſulis pręconiũ, & plura his ſĩl'ia, in quibꝰ ſyllabarꝝ nũerꝰ ſeruat, nõ metri ratio, licet imaginẽ ſeruẽt trochaici archilochĳ tetrametri catalectici, q̃ re nõ ſatis diligẽs fuit Hermãnus Torrẽtinꝰ q hęc carmĩa trochaica eſſe credidit. Nã in hymnis de ſacramẽto & diuo Nicolao, principiũ tm̃ ꝟſus eſt. Nam qſquis compoſuit, delectatũ eſſe cõſtat harmonia hymni pulcherrimi de chr̃o, nõ niſi a doctiſſimo poeta cõpoſiti, in q̃ vbiq; magna cũ elegantia, carmĩs ratio cuſtodit' pulcherrĩe. Pange ligua gl̃ioſi preliũ certamĩs, indocti hoĩes neſciẽtes eſſe carmẽ, putarũt ex q̃ttuordeci ſyllabis, q̃rꝝ ſeptĩa ꝑpetua eſſet lõga, & duodecĩa breuis, eiuſmodi harmoniã reſultare, null' pedibꝰ obſeruatis. Tãta eſt poeſeos ſuauitas, vt etiã ſui ignaros mirꝝ in modũ oblectet, verꝝ non ſatis dulcẽ iudicarũt hãc ſymphoniã niſi barbarico more eã illutilarẽt. Multa poſſẽ in hũc modũ, illiꝰ ſcl'i anilia afferre, q̃ natꝰ eſt Alexãder Gallus, cuius opus doctrinale inſcribitur, circiter annũ dñi milleſimũ ducenteſimũ q̃ tp̃e barbaries toto mũdo dñabat', vſq; ad tp̃a Frãciſci Petrarchę. Qui nõ ſine diuino numĩe circiter annũ dñi. M.ccc. xl. barbariei bellũ indixit fugiẽteſq; muſas reuocãs, eloq̃ntię ſtudia vehemẽter excitauit. Poſt hũc cœpit ligua latĩa mirꝝ ĩ modũ inſtaurari ab Leonardo Arretino, Guario Veronẽſi. Frãciſco Philelpho maxĩe aũt Laurẽtio Valla. Ioãne Tortellio, Aenea Syluio, Domitio Calderino, Galeoto, Georgio Merula, Georgio valla, Hermolao barbaro, Pico Mirãdulano, Angelo Politiano, Philippo Beroaldo. Petro Crinito. Ioãne Baptiſta Pio, & q añ fuerũt. Nicolao Perotto, Sulpitio, Neſtore alĳſq; innũeris. Quo tp̃e etiã clariſſimi poetę, Bapt. Mant. & Fauſtꝰ Foroliuieñ. latinũ eloq̃ũ mirifice auxerũt.

Liguæ latię mors.

Ligue latinæ inſtauratio p neotericos.

Nec Itali ſolum hanc rem curarũt. nam Aelius Antonius hiſpanus
Ant. Nebriſſeñ. Heraſmus Hollandus. Rodulfus Agricola Friſius. Iacobus Faber
Gallus, & Iodocus Badius Cimber, vel (vt nunc loquuntur) Flan
Eraſmus der, & alij plurimi diligentiſſime laborarunt in inſtaurãdis veteri-
Rodulf. bus linguæ latinæ theſauris. Cæterũ hi omnes (quod bona oĩm
Faber pace dixerim) inter barbariei milites conuerſati, nequerunt fœdiſſi-
Badius. mã barbariẽ penitꝰ extinguere, qn cõtagioſo illius veneno afflati
tã in proſa q̃ in carmine peccarũt, alij alijs, aut magis aut minꝰ, put
diligentius, aut indiligentius veterũ monumenta perſcrutati ſunt.
neotericos itaq; doctiſſimos quorum ne calceamẽta quidem ſol
uere dignus ſum, animaduerti ſæpicule a veterũ inſtitutis non ra-
tione aliqua, non ex induſtria ſed ex ignorantia defeciſſe. Quod ſi
quis dictum hoc, vel rideat vel miretur, ille perlectis his libellis no
ſtris, cogetur mecũ ſentire, & tãdem agnoſcet, quid ſibi velit Hora
tium illud. Tu nihil in magno doctus deprendis Homero. Dece-
pti ſunt aũt Neoterici, librorum mẽdis, librorũ falſis titulis, nimia
græcitate, Grãmaticorum peruerſis regulis, quæ oĩa olim ita fue-
runt pura, ita integra, vt veteribus nulla fuerit errãdi occaſio. Itaq;
& ſi poetis diuinis Baptiſtę Mantuano, aut Fauſto, nec minus inge
nium nec pauperior vena fuerit q̃ Vergilio vel Ouidio. nihil mi
rum ſi non æque vt illi, linguæ latinæ puritatẽ cuſtodiere. ¶ Dece
pti ſunt inquã mẽdoſis libris, nam librarioꝝ incuria, aut ex nimia
Mẽdoſi libri. vetuſtate corroſis litteris, innumeri irrepſerunt errores, alijs alia in
locum litterarũ vel dictionum perditaꝝ aut male ſcriptarum ſuffi
cientibus, alijs parum doctis mendas nõ animaduertentibus. hinc
emerſerũt tot in Pliniũ, in Plautum, in alios authores, annotatiões
Calderini, Beroaldi, Politiani, Sabellici, aliorũq;. hinc altercationes
grãmaticoꝝ infinitæ, adeo vt neſcias, Quo teneas nodo mutantẽ
Protea vultũ. Multa ergo ſunt in poetis mendoſa per que paꝝ do
cti errores ſuos defendere conant. In Papinij libris ita legit. Terra
nec illa ſamo fama de Ioue ſonãti. Multa mecũ reputans &c. Oĩa
clam nitent &c. ſic nicomedis ꝑ lycomedis, & alia multa quoꝝ nõ-
nulla ſuis locis manifeſtabo, vt rubentes ꝑ rũpentes &c. & in Luca
no tranſfigit, honor, phytonẽ, ſtatura, ꝑ tranſigit horror. Plato-
nẽ, ſtatura. In catullo, nouiſſem, malis, ales, ꝑ nouiſſime, male, aues
in Auſonio de ſtudio puerili delaniatura ꝑ delenitura. In Seneca
Midæ pro ipſe, & Midam ꝑ nudã. & in Vergilio ſirim pro ſcinim,
Lucretij ſtymphalides ꝑ ſtymphali. In Lucretio glomere ꝑ pondere, ꝑdely
libri mẽ- rus ꝑ ꝑdelyꝛ, ſtaterep ſtateres, lucanas ꝑ lacunas. ſic alia ꝑpe innu
doſiſſimi mera, adeo vt difficillimũ ſit ex hoc poeta quicq; concludere niſi

emendatiores libri inueniantur ꝗ̄ ij quos legi vt lib. iiij. Plaga hæc
ad noſtras acies deriuabit̃, ictus. Recte aũt lib. ij. deriuare queũt ani-
mũ, curamq́; leuare. In eodẽ. Ne tu forte putes ſerræ ſtridentis acer
bum. Horrorẽ conſtare elemẽtis læuibus æque. Ac muſæ Mele ꝑ
chordas organicaq́; &c. Mendoſum eſſe nihil dubito ꝓ atq́; mele Mele.
muſæ. Nam melos cuius plurale Mele eſt, priorẽ corripit, licet Al-
dus ratione liquidę velit ꝓduci apud Homerꝝ & Perſium. In eodẽ
principalis ſecundã contra primitiui naturã videtur ꝓducere. Qđ
de mele dixi, patet verꝝ eſſe ex eodẽ. Et cygnea mele Phœbęaq́; Dę
dala chordis. Carmĩa cõſimili oppreſſa rõne ſilerẽt. In eodẽ. Libya
cõtinuo dñis priuata ſupbis, ꝓ Cõtinuo libye, vt ſit libye. es. nã hoc
nomẽ primã corripit. Plurima id genus menda tum in hoc tũ in
alijs authoribus manifeſtabo, vbi opus videbit̃. ¶ Secũdo plu-
rimũ decepit imprudenteis & interim nõ aſpernãdę doctrinę viros
falſa librorꝝ inſcriptio ſeu falſi librorum tituli, quos ſubditios li- Libri fal-
bros vocamus, verbi gratia. Ouidiana authoritas iure pro regula ſo inſcri-
habet̃, ideo ſemidocti neſcientes e tritico ſeparare lolium, fidem ha pti.
buerunt opuſculis de pulice, de trib⁹ puellis, de amorę Pãphili, de
philomela, de vetula, de ſompno, de cuculo, de limace, de ludo la
trunculorũ, de nuncio ſagaci, ꝙ hæc Ouidij opuſcula vulgo ferre-
bant̃, quib⁹ ab Ouidiana vena, nihil magis alienũ excogitare que-
as, neq́; em̃ ſunt (vt Aldus inqt) Ouidio vel puero digña. Miror
ꝓfecto, quonãmodo ineptus ille vetulus, de inepta vetula ſcribẽs
ineptiſſime, voluit credi opus ſuũ eſſe Ouidij. Qui vt fidem faceret
dicebat ſe prius cecinſſe, in noua corpora mutatas formas. Cona
batur nimirꝝ ſerpentes auib⁹ gemĩare & tygribus agnos. i. ſuã bar
barem cõnectere Ouidianę fluenti ſuauiter elegãtię. Siqdem nemo
fuit vnq́; poetaſter, vetulo illo maleſano indoctior, qm innumera
ſunt eius nebulonis impudẽtiſſimi errata, vt liquet illũ lectitanti in
numiſma, enigma, philoſophia, homogenia & alijs innũeris. Eui-
dens ſignũ eſt hoĩes illius ſeculi fuiſſe indoctiſſimos, qui non pcepe
rint eiuſmodi anileis nugas nõ eſſe Ouidij. Dionyſiũ quoq́; nõ Pri
ſcianus trãſtulit, ſed Fãnius vt ait Hermolaus in vi. Plinij ca. xxviij
Vergilio quoq́; nõnulla opuſcula putant̃ falſo aſcribi, vt ætna, ro
ſę, ciris, priapea q̃ Ouidij eſſe docet Politianus cap. lix. miſcela. Qui
Macrũ quendam poetã ſui ſæculi multa laude pſequit̃ cuius nulli Macer.
libri extant, quare errant qui in arte ꝟſificatoria vtunt̃ teſtimonio
Macri de viribus herbarꝝ canentis, non poetæ quidẽ, ſed nec verſi
ficatoris ſatis idonæi, quem rudiori ſæculo fuiſſe ex eo conſtat, ꝙ
Plinij teſtimonio perſæpe vtitur. Hæc eo diligentius recenſui incly

tiſſime domine, ne (quod non om̃ino iniuria Verulanus Nouarienſi obiectat) dicat tam boniſ q; malis ſuffarcinatus authoribus.

Gręciſſãtes nimium.

¶ Tertio nimia græcitate plurimi in errorẽ ducti ſunt, quod vitiũ non iam primũ notatum eſt, quũ ipſe etiam Horatius derideat eos qui nimis græca latinis immiſcent, nam plęriq; amore græce linguæ, latina negligunt, ſuntq; admodũ iactabundi & vltra modũ laudatores ſui, nihil putant ſibi nõ licere græcitate freti. Neq; meminerunt Martialis dicentis. Nobis nõ licet eſſe tam diſertis, videndũ eſt quid latinis placuit, nõ quid gręcis. Non eo id dico ꝙ gręce linguæ ſtudere, malũ putem, dum id ita fiat ne latinæ linguæ ideomata violemus. Cæteꝝ ne iniuria dicar græculis infenſus, adducã ꝓ om̃ibus vnicum, Laurentiũ Lippiũ Collenſem, qui e græco trãſtulit Oppiani poetæ veteris libros de piſcibus, is inq; Laurentius ſæpiſſimæ, dum ſtuduit græcis, neglexit latina, vt videbis facile ex his quæ notaui generoſiſſime dñe mi Haloine. Nunc e multis paucos illos verſus ſubiecisse ſufficiat, e quibus lector id quod dico, veꝝ eſſe cognoſcat. verſus itaq; Lippij e diuerſis libris hi ſunt.

Laurẽtiꝰ lippius.

Addas opyphagos iſtis atq; agriophagos   Eſt tãtæ ſignũ crapu
læ ventriſ q; rapacis   Ediſcat finem, luxum crapulãq; ſequuntur.
Innumeri morbi.   Inuerecunda lupi nõ pendent agmine pœnas.
Agmina tam turpi, victus maculata pedore   Atq; fluitantẽ diſſu
tis vndiq; lignis   Quattuor aſcendũt ſcapham ſed remige proni
Sunt duo.   Et mouet a cano, cuncta impedimenta parente.
Sic manus inuerecũda canum latratibus implet   Leſbius arion,
vectus delphine recuruo.   Sed quũ florentiꝰ peregerunt tẽpora
pubis   Et põderoſum plumbũ gerit ille ſiniſtra.   Et ſæpe extin-
guit, & tabo ſuffocat atro.   Idem male ꝑducit Scarus, Merulus &
plura, nec artẽ recte ſeruat in epigrãmatis, vt   Tales Tyberius di-
citur eſſe dapes   Corrupta eſt cocco, purpura galatio.   Elachry-
mis ſtillãt, ſemper electra pijs.   Poſt ego pelamys, poſt ego thyn-
nus eram   Angele memphiticis, tibi ſit coracinus in vndis.

Si aliorum errata recenſere vellem, plurimum turgeſceret pagina, vbi tamen operępręcium videbitur, nullo modo ſilebo. Tãtus eſt meus in communem ſtudioſorum vtilitatem amor.

Grãmaticis quatenus credendum

Libellus Georgij Haloini de veteribꝰ & neotericis ſcriptoribus

¶ Quarto decepti ſunt Neoterici grãmaticorum peruerſis regulis, id quod tu nobiliſſime & doctiſſime patrone doces pulcherrime in libello elegantiſſimo de veteribus & neotericis ſcriptoribus abs te compoſito, quẽ ne diu, bonarum litterarũ ſtudioſis inuideas, tuam celſitudinẽ ſummopere rogamus. ¶ Igitur video plurimos tam obſtinate grãmaticorum, immo etiam grãmatiſtarum regu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lis inniti, vt cedere nolint & peruerſam doctrinam abnuere. Qꝫuis omnium veterum authoritatem, omnē rationem contra eos adduxeris, id ſolum amant, id iactant olim pythagoricorū verbum. ipſe dixit. At ſi noſſe vellent vnicum vſum eſſe Quē penes arbitrium eſt, & ius & norma loquendi. vſum autem habendum, doctiſſimorum loquēdi conſuetudinem, & ex hoc vſu tātum grāmaticorum regulas conſtitui, ſcirent regulis eatenus fidem habendam, quatenus veterum authoritati nō aduerſentur. Qꝫ ſi aduerſentur, explodendæ ſunt, etiam ſi grāmatici ſummi eas conſtituerint. Grāmatici nanqꝫ authoritas per ſe nulla eſt quum ex ſola doctiſſimorum oratorum, hiſtoricorum, poetarum, & aliorum idoneorum ſcriptorum obſeruatione conſtet ortam eſſe veram grāmaticam, multa dicenda forent ſi grāmatiſtarum ineptias refellere vellem, ſed nulla eſt gloria preterire aſellos. Etem In tauros libyci ruūt leones, non ſunt papiliōibus moleſti. nec iniuria, quia expedit ipſum expugnare caput. ideo nūc animus eſt, vnicum grāmaticorū principis erratum cum primis inſigne perſequi. is autē eſt Seruius quē merito plurimi facis, quē omnibus grāmaticis Macrobius nō dubitauit preferre, in cuius ſententiā & ipſe iubentiſſime eo, & omībus qui ſapiunt, eundum cenſeo. Cæterum quia nihil eſt in hac lachrymarum valle, omni ex parte beatum, nec quiſqꝫ fuit tam conſummatæ ſcientiæ, vt nihil aliquādo errauerit (vt Quintilianus author eſt) ideo non ſemper optime ſenſit Seruius, vti in Annotationibus Beroaldinis plane conſpicitur, & ego notaui ex eo quod dicit in illud Vergil. lib. i. æneidos. Huic coniunx Sicheus erat. Sicheus (inquit Seruius) primam natura corripit, ſed hic ectaſin fecit. licentia quæ in proprijs nominibus eſt, vbi licet in quauis parte ſyllabæ mutare naturam. idem euenit in appellatiuis ſi a proprijs ſunt vt ſicanio pretenta ſinu, hæc ille. quibus in errorē traxit fere quotquot poſt eum fuerunt, grammaticos quidem Franciſcum Nigrum, Robertum Gaguinum, Gæorgium Vallam, Nicolaum Ferettum & ferme cæteros. Poetas vero Franciſcū Petrarcham, Laurentium Lippium, cum multis alijs quos vbi opus erit manifeſtabo. Et eo res deuenit vt etiam diphthongos paſſim corripuerint in proprijs, vt lælius, clæmentia, Gæorgius. Quo fit vt maiore licentia vſum videas quemuis neotericorum, qꝫ veteres vniuerſos Propria certe non magis ad placitum ponenda eſſe quā appellatiua contra Seruianam doctrinam ſatis docent Ouidius & Martialis. Oui. quidē in lib. iiij. de Ponto vbi conqueritur hoc nomē Tuticanus non poſſe elegiā ingredi quia habet breuē inter duas lon-

regſe grāmaticorꝫ vnde cōſtruātur.

Seruij laus.

Seruij erratum.

Sicheus

Propria nō poni ad placitum.

Diuiſio nē dictiones cauſa ꝟſus nō admitti.

gas. quod nō poteſt heroicum aut elegiacum ingredi niſi breuem producendo, aut longam corripiendo, aut dictionem diuidendo, ita vt tuti ſit finis verſus, canus alterius principiū, quorum nihil licere Ouidius docet. licet id fecerint bis aut ter in ſapphicis Catullus primū interim ſatis durus, & hūc ſecutus Horatius. Tu Ouidio auſcultes, ait autē Catull⁹. Gallicum rhenū horribileſq; & vlti Moſq; britannos, pro vltimoſq;. primum Horatius lib. ij. car. Ode. xvi. Groſphe nō gemmis neq; purpura væ Nale nec auro. i. vęnale. Et lib. i. ode. ij. Labitur ripa Ioue nō ꝓbante. v Xorius amnis. i. vxorius, ſapphici ſunt cum adonijs. Idem diuiſit iureiurādo & pauca alia in Ionicis qui numeri potius ſunt q̃ carmina vt exanimari, lauit, bellerophōte id quod in alijs generibus eſſet turpiſſimū, nec vſq̃ pulchrū eſt. Carmē Ouidij ( ne lōgum faciā) in lib. iiij. de pōto eſt.

Quo minus in noſtris ponaris amice libellis
  Nominis efficitur conditione tui.
Aſt ego non alium prius hoc dignarer honore,
  Eſt aliquis noſtrum ſi modo carmen honor.
Lex pedis officio, fortunaq; nominis obſtat,
  Quaq; meos adeas, eſt via nulla, modos.
Nam pudet in geminos ita nomen ſcindere verſus.
  Deſinat vt prior hoc, incipiatq; minor.
Et pudeat, ſi te qua ſyllaba parte moretur
  Arctius appellem, Tuticanumq; vocem.
Et potes in verſum Tuticani more venire.
  Fiat vt e longa ſyllaba prima breuis.
Aut producatur quæ nunc correptius exit
  Et ſit porrecta longa ſecunda mora.
His ego ſi vitijs auſim corrumpere nomen.
  Ridear, & merito pectus habere neger.

¶ Secundo ꝓpria nō poni ad placitū liquet ex Martialis lib. ix. vbi mirum in modum conqueritur dulciſſimū nomen Earinus non poſſe adire carmen phaleucium, quia omnes ſyllabæ illius nominis ſunt breues. ergo nec ſpondeum nec dactylum nec trochæum conſtituere poteſt. Sed cur ſe excuſat Martialis ? quum id nomen Earinus optime ingredi poſſet ſcazonta ? Ego profecto Martialem ob id ſolum hæc ſcripſiſſe ſuſpicor, vt retunderet quorūdam poetaſtrorum impudentiā, qui more græcorum, ꝓprior; quantitates confundebant, & id quidem ineptiſſime quia multo licentius græci ſcribūt q̃ latini. qđ oſtendit Martialis dicens, Nobis nō licet eſſe tam diſertis Quā rem ſi diligenter penſiculauiſſet Priſcian⁹ mi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus peccaſſet, nec vnq̃ dixiſſet pro eodem dici filius meus & filius mei, atq; alia multa q̃ Laurentius Valla rectiſſime rep̃hendit, ſed is (vt in prefatione ſua teſtatur) etiam ex græcorũ erroribus laudem ſe conſequi poſſe autumat. Ita Seruiũ nimio græcæ linguæ amore deceptũ video. Nam iniquũ fuit propter pauca exempla (id quod grãmaticorum peruerſitas ſæpe facit) regulã conſtituere. Siquidem licet Sichæus & pauca alia tam appellatiua q̃ propria, quaſdã ſyllabas ancipites habent vt cognoſcet hoc opus noſtrũ diligẽter perlegens, nonne propter hoc variabimus primã in his dictionibus Iulius, Scipio, Naſo, Horatius, athenæi Ariſtoteles, Marius &c? Abſit obſecro per deum immortalẽ hæc impudentia, & (vt vere dixerim) ſtoliditas. Nunc audiamus dulciſſimũ Martialis carmen lib. ix. ad Earinum Domitiani Ganymedem.

Nomen cum violis roſiſq; natum. Quo pars optima nũcupatur anni, Hyblam quod ſapit, atticoſq; flores. Quod nidus olet alitis ſupbæ, Nomen nectare dulcius beato, Quo mallet Cybeles puer vocari. Et qui pocula temperat tonanti Et qđ Parrhaſia ſones in aula. Reſpõdent Veneres Cupidineſq; Nomẽ nobile, molle, delicatũ. Verſu dicere nõ rudi volebam, Sed tu ſyllaba contumax repugnas. Dicunt Earinon. tamen poetæ Sed gręci quibus eſt nihil negatũ, Et quos ares ares decet ſonare. Nobis non licet eſſe tam diſertis Qui muſas colimus ſeueriores.

Earinus interp̃tatur vernus ab ear. i. ver. corripit nomen hoc oẽs ſyllabas, quod ſi poſſent ad placitũ poni. inaniter dicit Martialis ſyllabam eſſe contumacẽ. Græci tamẽ audent primã ꝓducere, vti in ares priorẽ variare, nam Homer⁹ ita verſum inchoauit teſte Calderino, Ares ares &c. vbi primus pes eſt dactylus. Ares. i. mars, id nobis non licet latinis, quia muſas colimus ſeueriores. i. minus in licentiam ruimus q̃ gręci quibus nihil eſt negatũ. Miror an ſint vlli tam obſtinate in Seruij opinionem iurantes, vt adhuc Seruio adhęrere malint q̃ Ouidio & Martiali. Valeãt igitur quorũ hi ſunt verſiculi. Cõdidit athenas, adiuuit nomine Pallas Lycaon Arcas diuinas prouocat iras. Tu tamẽ Horati doctor palus abbreuiaſti. Ouidius vates Peligni ruris alumnus. Oui. Notus feritate Lycaon. Propertius. Magnũ iter ad doctas proficiſci cogor Athenas. Hora. lib. iiij. car. ode. vi. Vatis Horati, Adonicũ carmen eſt, Ouidi. Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures. Verg. in Culice. Hic Fabij Decijq; hic eſt & Horatia virtus, ne omittas coniunctionẽ &. Perott⁹ credit Horatius a verbo oro deriuari ſed quum hoc nomen & aſpiretur & corripiatur, non aſſentior Perotto. Martialis lib. i. In no

Earinus.

mentanis Ouidi quod naſcitur agris ꝑ Ouidíj. Idem lib. vi. In põ-
peiano dormis Liuine theatro. Idem eſt nomẽ ſancti & multorum
christianorum a quibuſdam male correptum. Idem alibi Forſitan
& poſſet vincere mollis Otho, imperatoris cuiuſdam & aliorum
proprium. Vulgus ſcribit & profert gemino tt Otto. Multa vide-
bit a nobis iuſte rep̄hendi, quiſquis hanc artẽ perlegerit. Sed quur

Om̄e ꝓprium fuit appellatiuū aut ex appellatiuo.

propria plus priuilegíj haberent appellatiuis, quum omne propri-
um nomen fuerit aliquando appellatiuum, vel ex appellatiuis de-
riuatũ, vt Fœlix, Ruſticus, Germanicus, Clemens, Pius, Piatus,
Romanus, Seuerus, lectoria, celer, liber, lupus, memor, Bar-
barus, barbara, paulus, paula, petrus, petra, Iuuencus &c. Ste-
phanus, Hercules, Hector, Hermes, Nicolaus, Philippus, & cæ-
tera innumera, Adam, Abel, Cain, Habraham, Iſaac, Iacob,
lege ſyluam beati Hieronymi & cognoſces hæc om̄ia fuiſſe appel-
latiua. vt hæc ex appellatiuis. Burrhus, Purrus, Pyrrhus, Galba,
Cotta, Scipio, Plancus, Agrippa, Cicero, Fabius, Lucina, Eli-
cius, Poſthumus, Syluius, Aphrodite, Claudius, Virgilius & alia
innumera, in quibus ſiquis mihi nõ credat, is legat primũ librum
Quintiliani de inſtitutione oratoria, & libros Faſtorum Ouidíj,
& primum epiſtolarum Leonardi Arretini. ſic a Tutus tutius tu-

Valeria-nus.

ticanus, a dominus Dominicus, ab hadria Hadrianus, a domitus
Domitius & hinc Domitianus. a Iulius Iulianus, a quintus Quin-
tinus, a valerius Valerianus. Martia. lib. x. Ne viuam niſi te Domi-
ti permitte libēter. Idem lib. i. a Valeriano Pollio petes quinto, ſca-

neceſſitas poetica.

zon eſt. Obíjciet fortaſſe aliquis poeticam neceſſitatem, veluti italia
primã naturaliter corripit, teſtimonio omnium grãmaticorum.
Vergilius tamen primã produxit, quia aliter heroicũ carmen adi-
re nequibat. Idem factum eſt in ſiticula, cuniculus, tegeticula, cani-
cula & alíjs nonnullis. Quid igitur faciam (inquis) ſi diui Nico-
lai aut Iuliani hiſtoriã contexere tulerit animus, quo nomine ap-
pellabo? ſi nec Nicolaum nec Iulianum dicere licet? & quur in ma-
gno opere non licebit mihi quod Vergilio? Scimus ꝑfecto Ver-
gilium & alios neceſſitate quadã produxiſſe quædam aut corripu-
iſſe, verum ea pauca ſunt nec citra veterũ authoritatẽ, nam italiæ
primã ꝓduxit etiam apd' Enniũ & Lucretiũ pluresq; ante Vergiliũ.
Itaq; inuentis recte vtemur, noua nõ ſine maxima neceſſitate finge-
mus, neq; vnquã niſi in op̄e maxio, eaq; erunt pauciſſima, immo
nulla, donec iam extra inuidiæ aleã fuerim⁹. Quocirca intollerabi-
les puto eos, qui in modico opere abutunt̃ om̄i licentia. quũ in hac
re nullo modo laxandæ ſint habenæ. Igit̃ ſi occurrat nomen verſui

contrariũ vt Nicolaus, Iulianus, Tuticanꝰ &c. imitabor Martiale qui circuitione vſus eſt dicens in eodem libro. Ille puer tanto dñõ gratiſſimus aula. Nomiẽ qui ſignet tẽpora verna ſuo id eſt Earinꝰ qđ interpretat̃ venus. Sic Ouidius quoq; ſecundũ ſcribens ad Tuticanum. Poſſumus præterea etiam a latinis (ſi is caſus emergat) patronymica formare a patre, a matre, a patria, vt docemur quũ ex Vergilio tum ex Ouidio in Metamorphoſi, licet etiã paucis verſiculis innuere ſyllabam eſſe contumacem. vt Horatius fecit lib. i. ſat. v. Quattuor hinc rapimur Viginti & milia rhędis manſuri oppidulo quod verſu dicere non eſt, Signis perfacile eſt. nomen oppiduli alij dicunt eſſe equotutium alij equumtutium, alij Entractitium. quod ſi propria vrbium ponerentur ad placitum inutilis & vana eſſet Horatij excuſatio. Sidonius Apollinaris etiã docet propria nõ poni ad placitum, circa finem carminis de laudibus Narbonis dicens. Horum nomina quum referre verſu Affectus cupiat metrum recuſat. Præterea poſſumus vti conſilio Seruij dicentis in illud. i. æneid. Huic coniunx Sicheus erat. Quoties poeta aſpera inuenit nomina vel metro non conſtantia, aut mutat ea, aut de his aliquid mutilat. Nam ſicheus ſicharbas dictus eſt. Belus Didus pater dictus eſt methres. Carthago a cartha lectum in hiſtoria Pœnorum. ſic Philelphus nũc Nicolus nunc Nicoleos, ꝓ Nicolaus dixit, & Nicolaum quintum ſummũ pontificem in decadibus ſemper Nicoleon appellat. Cæterum caute id faciendum cenſeo, ne hæc mutilatio carmina noſtra mutilet. Q; ſi noĩa barbara fuerint, barbara ſeruabit̃ quãtitas, tã in ꝓprijs q̃ appellatiuis, ſed cũ Diomede Priſcianꝰ ait in ꝑegrinis & barbaris, nullos certos eſſe accẽtus. ideo (vt ait Priſcianꝰ) vt neceſſariũ videbit̃, in metro locabũt̃. Ego puto reg̃las latinas q̃tũ poſſumꝰ eſſe ſeruãdas, ſi tñ talia ſint vt quãtitas mĩme cõſtiterit, quia barbara aut e barbaris deducta nec ab aliq̃ egregio poeta in carmẽ deducta fuerit. licebit (vt opinor) ꝓ volũtate nr̃a carmibꝰ ea aptare, ſed optimũ fuerit teſtibꝰ Ioſepho in prĩo hebraicaꝶ antiquitatũ, & Priſciano li. v. de octo ꝑtibꝰ or̃onis extẽſiõe vnius ſyllabę facere latina aut gręca, vt Eſromꝰ, Adamus &c. Mãtuanꝰ. Et quã fatidico ppl̃o Balahamꝰ heois. Idẽ Semis eſt nr̃i princeps Habrahamꝰ, & altũ. Idẽ. Eſro muſq; Arã genuit, Salmõa Naaſon. Plinius Cecilius idem docet dicẽs. Nõnullos labor eſt vt barbara & fera nomina in primis propria verſibus non reſultent Nihil eſt quod non arte curaq;, ſi nõ poteſt vinci mitiget̃. Hęc ſunt illuſtriſſime dñe q̃ pręnotãda iudicaui q in his etiã maxĩos viros hallucinatos eſſe cognoui, quę ſi nobilitati tuę ꝓbabunt̃, ſat habeo.

Obtulit abrahamus dulcem sua gaudia natum / Mātuanꝰ

## Prefatio Niniuitæ Verſificatorię.

Tu mihi profecto mille lectores. Cupio & id ſummopere ſtudeo ab indoctis vilipendi, dum veteres auios eis de pulmone reuello, vt tibi doctiſſimo Mecœnati meo & cæteris bonarum litterarum ſtudioſis placeam. Quod ſi non conſequar, æquo animo feram, nec ob id dulciſſimas muſas abominabor, immo dum ſpiritus hos reget artus, maxime colam & mihi iuxta Hiſmeniam cantilabo. Vale dulciſſime domine o & præſidium & dulce decus meum Bergis apud diuum Guinnocum feſto diui Nicaſij. Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimo.

¶ IOANNES Deſpauterius Niniuita, Ioāni Laurentio Haſebroucano, muſico nobili, atq; ingenuarum artium profeſſori perdocto, & ſuo amico primario. S. P. D.

p

Rimū artis verſificatoriæ noſtræ librū, tibi mi Ioannes Laurenti, meorum amicorū prime, ob maxima tua mihi collata beneficia, nuncupo. eo quidē animo, vt ipſum totis viribus cōtra amuſos blaterones maleſeriatos defendas, vna cum amico cōmuni Euſtathio Scoto, homine illo tacite doctiſſimo, cui vel nocte intempeſta patent muſarū ianuæ, Clamāt indocti hoīes, rem me indignā feciſſe, q̄ repudiato Alexandri Galli doctrinali, voluerim ſenem illum de ponte (vt aiunt) deijcere. Vociferātur me eſſe nouitatis famæ excogitatorē, vt qui contra eccleſiæ vſum plurima puerſiſſime doceā decani, canonici, officiales, epiſcopi ita canūt & legunt (inquiūt iſti) vt Alexāder precepit, & audes profiteri te his doctiorem? Qui hæc in me abducto ſupcilio clamitant, indoctiſſimi ſunt. Nempe in quēcunq; auctorē veterē inciderint, non magis intelligunt q̄ rudimētarius puer Vergiliū. Volūt iuricōſulti dici, & necdū ſcirent digeſtorū proœmiū grāmatice declarare. Poetas vituperant, & ignorāt Homerū ab Iuſtiniano, oīs virtutis & ſciētię parentē, appellari. Peripateticos ſe vocant, & quid nomē id ſibi velit, penitus neſciūt, Ariſtotele putāt ſe ſophiſtæ iſti veſani, doctiores, q longius abſunt ab Ariſtotele, q̄ a philomelis paſſeres. hi ſolis nugis incūbunt. Ille et rhetoricā & poeticē nō mō cognouit, ſed etiā de vtraq; libros elegātiſſīe cōpoſuit. Philoſophi Boetio acutiores videri volūt, & ſexagenarij primū illius carmē ſine cōmentarijs declarare nequeūt, reliqua niſi vt carmīa ſcripta forēt, carmīa eſſe neſcirēt. ſtultiſſim⁹ eſſem ſi horū ineptias perſequi vellem, Decani ſunt, Canonici ſunt, Animarū paſtores ſunt, Iuriſconſulti ſunt, theologi ſunt, nunquid continuo doctiſſimi? Eſto, nōne hoc ipſum de cerdonibus, ſutoribus, lanijs, cauponibus, paraſitis, tibicinibus, cęteriſq; viliſſimis hōmunculis recte dixeris? Nempe alicuius rei doctiſſimi ſunt, ſed linguæ latinæ ignariſſimi. his ſi placerē vellem, gloſſam notabilem in Alexādrum, aut Gręciſmū, aut Facetum legerem. ſic haberent ſimiles labra lactucas. notum eſt aſinos ſtramina malle q̄ aurum, verum non tanti eſt nebulonibus placere, vt a muſis ad barbariē velim vnq̄ deficere. Valeāt itaq; cum ſua inſcitia vitilitigatores, reprehendant ſcripta mea, vt libet, non pilifacio, dum intelligam me doctis placere, Omnes

Sophiſtę.

Zoilos, Chœrulos, Bauios, Meuios, Criſpinos, Pogios, Balbos fa
cile cōtēpſerim dū placer̄ poſſim Homero, Vergilio, Horatio, Lau
rētio Vallæ Fauſto, Oderint itaq; me nihili hoīes, barbariei vtcūq;
pn̄t defenſores. Faciā certe CHRISto duce, mea circa adoleſcētulos
diligētia, ne peniteat vnq; dn̄os meos Bergēſes tm̄ laborē tātaſq; ex
penſas, ꝓpter ſcholā ſumpſiſſe, in q̄ re diligētiſſimi fuerūt Robertus
Neuius, Abel bullinc, Paſcaſi⁹ oppoghe viri ītegerrimi, & (quē ne-
mo ſatis vnq; laudauerit) Paulus ſpreeu pr̄ meus hūaniſſim⁹. Nūc
vt tandē finiā. Oratū te velī dulciſſime Ioānes Laurēti, vt librū hūc
hilari vultu ſuſcipias, in q̄ et alijs ſi a doctis iuſte qcq; rephēdi vider̄
id ne me celes, & illis ꝓ me grās agito, ſi qdē id cādide fecerit, et rogā
to erratis meis ignoſcāt, neq; em̄ me pigebit (ut Priſciani ꝟbis utar)
dū viuo & hec & qcūq; ſcripſero, vl̄ mea diligētia, vel aicoꝝ moni
tu, vel inuidoꝝ vituperatiōe (ſi iuſta fuerit) emēdare. Vale amiciſſime
Laurēti. Ex Bergis. xvij. calendas Ianuarias. Anno. M. ccccc x.

## Carminis & metri ſeu verſus definitio.

Carmen. Carmē eſt orō ſtrictiori pedū lege coercita, et ornatiſſimū
dicēdi genus. Hæc eſt definitio quā dat Mātuanus in apo
logetico ſuo. Carmen proprie dicit̄ totū poema, vt tota
Elegia, totū Epigrāma, In quo ſenſus eſt ꝑfectus, & aliqn̄ vnicus eſt
Monoſti- verſus, dicit̄q; carmē Monoſtichon. Verg. iij. æneidos. rem carmīe
chon. ſigno, hinc ſubiūgit, monoſtichon dicēs. Aeneas hęc de Danais vi-
ctoribus arma. ſubaudiendū eſt ꝟbū poſuit. Monoſtichon dicit̄ a
monos. i. ſolus & ſtichos. i. ꝟſus. Inuenies carmē ꝓ ꝟſu, vbi ſenſus
eſt imꝑfectus apd̄ grāmaticos. dicit̄ aūt carmē a canēdo q̄ſi canimē,
qa cātibus eſt aptū. hinc & canticū & oda carmen dicit̄. Auctore tn̄
cęſare: Qui bn̄ legit carmīa, bn̄ cātat, q vero bn̄ cātat, male legit, ne-
q; em̄ lenocinio vocis ſed cū grauitate quadā ꝓnunciāda ſunt, ꝑſer
tim carmīa heroica: Carmē Cremonēſis male dixit a Carmēte no-
mē accepiſſe, qa lōgo tpe an̄ Carmentē carmīa fuerūt, vt Gaguin⁹
ait, ſed hęc rō eſt admodū frigida. Etem̄ licet carminis uſus lōge ante
faticicā mulierē ꝑ̄ceſſerit, tn̄ an̄ potuit, ꝟſus & poema vocari, & no-
uū a muliere nomē ſum re, vt de oppidis & montibus ſępiſſime fa-
ctū legīus. Oui. i. Faſtoꝝ Nicoſtratā Euādri matrē a carmīe Carmē
tē dictā ſcribit his ꝟbis. Ipa mone q̄ nomē hēs a carmīe dictū. Car
minatores pro ꝟſificatoribus Ioānes baptiſta Pius idētidē vſurpat
Verſus. ¶ Carmē alio noīe ꝟſus dicit̄, qa vno ꝟſu finito ad pricipiū alteri
us ꝟſus reuertimur, aut qa tā diu ꝟti debet q̄ad recte cōſtituat̄. hinc
exit Horatianū illd̄. Sepe ſtilū vertas iteꝝ q̄ digna legi ſunt Scriptu
rus, neq; te vt mireī turba labores, vn̄ ait in arte, Carmē rephēdite

qđ non Multa dies et multa litura coercuit atq; Perfectũ decies non
caſtigauit ad vnguẽ.ideo dixit ſe Verg. ꝟſus facere vti fœtũ effingit
vrſus. Verſus ꝓ ꝟſibus ſumit̃ figurate,ut miles ꝓ militibꝯ.Catullus
ad Flauiũ. Volo te ac tuos amores, Ad cęlũ lepido vocare ꝟſu Ti-
bul.li.iiij. Aeterno ſed erũt tibi magna volumia ꝟſu Sil.xij.Hic ca- Metrum.
net illuſtri primus bella Itala ꝟſu.i. verſibus ſeu carmie. Greco noie
ꝟſus appellat̃ metrũ, qa certis mẽſuris dimẽſũ eſt.metrõ.i.mẽſura.
Diomedes metrũ eſt pedũ iunctura,nũero mõq; finita, & qa ꝑ me
tra ꝟſus metimur,vult Mãlius Theodorꝰ ipos quoq; ꝟſus metra
appellari. id nomẽ apud grãmaticos oẽs in frequentiſſimo vſu eſt.
apđ alios ſcriptores ꝑraro inuentũ,vñ in Alexandrũ dixit Badius.
Vix audeã dicere cõpoſuiſſe quẽuis bona metra,ſed carmina bono
metro,ideo Hubertinus clericus in epl'am Cic.ad Lentulũ lib.i.dicit
hoc nomẽ ſicubi legat̃,cauſa declaratiõis locari. verũ ego tam ſępe
hoc nomẽ offendi, vt nõ penitus refugiendũ putẽ.Quinti.li.i.de in
ſti.Orat.Euenit vt metri quoq; cõditione mutet accentũ. Idem.Poe
tas metri neceſſitas excuſat. Macrob.de ſõpno Scipiõis lib.ij. Metra
canoris ꝟſibus adhibeant̃. Pli.iunior ad Pontiũ ſuũ. Probauerunt
inde plura metra.Gellius li.iiij.ca.xvij. Et metrũ eſſe integrũ poteſt.
Hierony.in ꝓlogo Iob. Qđ ſi cui videt̃ incredulũ metra.ſ.eſſe apđ
hebræos &c.Vitruuius oibus iam dictis antiqor,ſcripſit em̃ libros
ſuos ad Iuliũ Cæſarẽ,is inq; in ꝑfatione qnti libri ait. Poematũ ꝟo
carminũ metra,ac pedes, ac verboꝝ elegans diſpoſitio &c.Martia
lis.li.iiij.epig. Quũ ſis improbior Maſiliane. Qꝫ q̃ cõpoſitos in me
tro Tibulli, In ſtellæ recitat domo libellos.i. mẽſura & cõpoſitione
Tibulli amatorios.ſ.quales fecit Tibullus. Colu.li.iiij.c.10. Exceptis
q̃ retulimꝰ metrꝭ Virgilij, Auſoniꝰ ad lãbũ ſuũ.Primꝰ nouoꝝ me
tra icepiſti pedũ.Sidonius in ꝑfatõe laudũ Narbõis. Miſiſti & tripli-
cis metrũ trochei.Et alibi,dũ metro quatit̃ chorda glyconico,Poli-
tianus(in libello cui Panepiſtemõ nomẽ)metra primogenia,q̃ mi-
nime nũc a ꝟſibus diſtinguimus,nouẽ ferunt̃.ſic Terentianus,Rufi
nus,Diomedes,Seruiꝰ,Scaurꝰ,Siſẽna & cęteri grãmatici,magis tñ
poeticũ ẽ carmẽ,ꝟſus.cãtꝰ &c.Itẽ mõi & nũeri,ſed fere ꝑſit̃,ꝓ ꝟ ſibꝰ Numeri
qa metrũ ẽ pedũ iũctura,nũero mõq; finita. Verg.nũeros memini
ſi ꝟba tenerẽ.Oui. Quaq; meos adeas ẽ via nulla modos. Numeri
ꝑterea(q̃s rhithmos græci dicũt)ſunt certoꝝ pedũ obſeruatio,apđ
oratores ac alios elegantes ſcriptores,ꝑſertim in finibus clauſularꝝ
ſed et alibi quoq;,vt inuenies declaratũ ab enarratoribus rhetorico
rum Cicero.atq; etiam ab ipſo Cicerone, Quintilianoq;. Cæteræ
orationes ſolutæ dicuntur & proſæ, quia metri lege ꝓrſus ſolutæ, Proſæ.

libere & ſpacioſe pnũt, vt eſt q̃tidianus ſermo.

## DE PEdibus.

Pes. PEs eſt metrica ſyllabarum conſtitutio, vt de⁹. Vnica ſyllaba pes eſſe nequit, nec plures q̃ ſex. dicti ſunt pedes, quia quẽadmodũ pedibus ambulamus, ita & verſus quibuſdam quaſi pedibus incedere vidẽtur. ad quod videt̃ reſpexiſſe Virg. in. i. Geor. dicẽs. Ferte ſimul Fauniq; pedẽ Driadeſq; puellæ. Vel dicũtur pedes, quia illis eo modo verſus metimur, quo nos pedibus ſpacia. Pedes ſimplices ſunt duodecim, Diſſyllabi quidẽ quattuor, Triſſyllabi octo, reliqui cõpoſiti ſunt, ſed non oẽs nobis in hoc libro neceſſarij ſunt, ideo multos omittemus, ad alia ꝓperãtes, ab alijs non ſine magna neotericorum iactura, omiſſa. Qui plures pedes videt̃ cupit, legat grãmaticam Franciſci Nigri, aut Nicolai Feretti.

Ferettus.

## Diſſyllabi pedes.

¶ Spõdeus ex duabus longis, vt dotes, a ſponde. i. libamentũ & ſacrificium, quia ſacrificantes eo frequenter vtebantur, ideo etiã pontificius dicit̃ & pes ſtabilis, quia cum magna grauitate ꝓnunciatur.

¶ Pyrrhicius ex duabus breuib⁹, vt deus, a pyrrhica ſaltatione quã Pyrrhus primus in Creta inſtituit, vt li. vij. ſcribit Strabo. leuiter ꝓnunciatur, ideo ſaltationi aptiſſimus. alij a cõcitatione quadã ignea qua mouetur, hunc pedem dictũ volunt. De pyrrhica ſaltatione quæ pyrrhice dicitur, Sueto. in Cæſare. Pyrrhicen ſaltauerunt Aſiæ Bithyniæq; principium ludis. dicitur etiam Periambus.

¶ Trochæus ex longa & breui, vt panis. a trechin. i. a currendo, vel a trocho. i. rota, quia in v̓ſu rotatim ac volubiliter fluit, dicitur etiã Rutulus & Choræus.

¶ Iambus ex breui & longa, vt doces. ab iambizin. i. a maledicẽdo. Eſt em̃ pes v̓ſib⁹ maledicis aptiſſim⁹ Alij a lãbe puella deducũt. Appellat̃ quoq; Daunius & Gradarius.

## Pedes Triſſyllabi.

Moloſſus ex tribus longis, vt Mecęnas. cuius modulatione ad bellum procedentes Moloſſi Epirotæ dicũtur vſi, hinc moloſſum appellari grãmatici aſſerunt, Hippius dicit̃ quia equeſtri pugnę conueniebat. hippos em̃ equus eſt. Vocat̃ quoq;, vt Niger ait, Vertũnus & Extẽſipes & Canius.

¶ Tribrachus ex tribus breuibus, vt dominus. a tris. i. tres, & brachys. id eſt breuis. Calepinus dicit in tribrachus mediã corripi. Rufinus apud Priſcianũ, Vltimus Amphibrachus velocẽ claudit Iambũ. Tortellius putat apd̓ idoneos ſemper produci. Auſonius ad Theonem. Vt claudat choriambũ amphibrachus. phaleucius eſt.

¶ Dactylus ex longa & duabus breuibus, vt ſcribite, a dactylis. i. digitis, vel a Dactylis Cretæ popu

lis,q hoc pede plurimũ vſi dicũtur,Dicit̃ etiã Politicus & Heroicus.
¶ Anapeſtus ex duabus breuibus & longa, vt pietas. ab anapin.i.
repercutiẽdo,quia ſono reciproco recurrendo dactylũ rep̃cutit,ob
eam rem antidactylus appellatus. ¶ Bacchius ex breui & dua
bus lõgis, vt honeſtas,ſic dictus quia in Bacchi laudibus eo vtebã/
tur. producit aũt hoc nomẽ penultimã.Rufinus. At finis Bacchius
erit breuis vltima claudet. Idem.Principiũ Bacchius erit, concludet
Iambus.appellatur quoq; Oenotrius,Tripudius & ſaltans.
¶ Antibacchius ſiue palimbachiꝰ eſt pes bacchio cõtrarius,ex dua
bus longis & tertia breui,vt audite,ab anti.i. cõtra & palin.i. rurſus
vel contra. dicit̃ quoq; latinus Saturnius,Propõticus & Theſeleus.
¶ Amphimacer vel amphimacrus, vtrunq; recte dicit̃ teſte Neſto
re,pes eſt conſtãs breui inter duas longas, vt trinitas,charitas,literę.
ab amphi.i.circũ & macros.i.lõgus, quia breuẽ circa longas habet.
Dicitur etiã Creticus, quia Cretes ſaltãdo eius rhithmica cõpoſitiõe
vtebantur. ¶ Amphibrachus fit ex longa inter duas breues;
vt venite. ab amphi.i.circũ, & brachys.i. breuis,qa circũ breues eſt
longa,Dicit̃ etiã Scolius,qa ſcolio q̃ erat cytharæ ſpẽs, cõueniebat.

## Reliqui pedes.

Reliqui pedes compoſiti ſunt ex ſimplicibus. ¶ Diſpondæus
ex ſpondæis duobus, vt Mecœnates, Proceleumaticus ex duobus
Pyrrhicijs, vt ariete.a proceleuin dicit̃.i.exhortari & ſuadere,quia ij
qui ſe ad aliquod opus faciendũ, ad molem impellendã vel attollẽ
dam hortãtur, frequẽter ob nimiã celeritatẽ ſyllabarꝶ hoc pede vtũ Celeuma.
tur,hinc celeuma eſt nauticꝰ clamor quo proreta.i.cuſtos & guber Proreta.
nator,in nauis prora,remiges hortatur,Martial.Lentos tingitis ad
celeuma remos,Hiero.ad Heliod.Qm̃ e ſcopulis enauigauit oratio
iã epilogi celeuma cãtandũ eſt.In Hieremia. Celeuma quaſi calcan/
tiũ concinet̃ aduerſus oẽs habitatores terrę. ¶ Dichoræus ex
duobus choræis.i.trochęis, vt cantilena. Trochęus aũt vocat̃ cho/
ręus quia choris aptiſſimus eſt. ¶ Choriambus ex Choręo &
Iambo, vt nobilitas huic cõtrarius eſt Antipæſtus, vt legebamus.
¶ Pęon ſyllabis quattuor cõſtat, quarũ vnica ſemper longa eſt vel
prima,& Pæon primus dicit̃,vt multiuolus. Vel ſecunda,& Pæon
ſecũdus appellat̃, vt colonia. Vel tertia & Pæon tertius vocatur, vt
veniatis. Vel quarta,& Pęon quartꝰ dicit̃,vt celeritas.dicitur Pæon
a Pęone inuẽtore.aut quia laudes Apollinis hoc pede cantabantur,
qui Pæan dicitur. ¶ Epitritus ſimiliter quadrupliciter eſt, hic ſp̃
vnicã habet breuem, vel primã, & Epitritus primus dicit̃, vt ama/
uerunt. vel ſecundã & Epitritus ſecũdus eſt, vt cantilenæ. Vel tertiã

& Epitritus tertius eſt, vt diſcordiæ. vel quartã & Epitritus quartus, dicitur, veluti audiuiſtis dicit̃ (vt Sulpitius ait) ab epi.i. ſupra & tris, ſp̃ em̃ in ijs pedibus vna trib⁹ alijs diſcrepat, dicitur etiam Hippius primus &c. ¶ Ionicus a maiori ex Spõdęo & Pyrrio hic, vt p̃co niũ, Ionicus a minori ex Pyrrhicio & Spõdęo vt Diomedes. puer-ſe habet in mulus librꝫ cõtrario mõ. Dicti ſunt Ionici, q̃a Iones pp̃i in carmĩbus eo pede vtebant̃. Pedes p̃taſyllabos & hexaſyllabos quiſq̃s ſcire auet, aliunde petat, attuli plures q̃ꝫ his in libris egeam.

## Tempus.

Empus eſt debita prolatiõis mẽſura. Syllaba breuis vni-cum habet tempus, longa vero duo tempa continet, q̃a tantum temporis conſumitur in vnius longę, quantũ in duarũ breuiũ prolatione. Sunt qui dicant natura longã habere tria tempora, vt dos. Afferunt & alia multa quę miſſa facimus, quia ad carminis compoſitionẽ parum conferũt. Sola vocalis ꝓprie quã-ta dicit̃, ſyllaba vero gratia vocalis. Pedes eorũdem tempoꝝ cum

Reſolutio alijs pro eis interim locãtur, p̃ſertim in comœdijs, quales ſunt Spõ-

Arſis. dæus, Dactylus, Anapeſtus, Amphibrachus, Proceleumaticus. &

Theſis. dicit̃ reſolutio quia pes in pedẽ per tempa reſoluit̃. Arſis ſiue ſubla-tio eſt, qua pedis tempa in priore parte eleuãtur. Theſis ſiue poſitio, qua pedis tempa in poſteriori ſua parte deponuntur. Prior pars pe dis arſi eleuatur, poſterior theſi deprimitur. De proportione et alijs non inutilibus, ſed nec multum neceſſarijs, videte ſi vultis vel Ni-grum vel alium, nobis hæc ſufficiunt.

## Hexametrum carmen, eiuſq̃ꝫ compoſitio.

Exametrũ ſenis carmen pedibus ſit & vſq̃ꝫ
Dactylus eſt quintus, ſextã ſibi vult regionẽ
Spõdæus, & reliquiſq̃ꝫ locis ſit vter libet horũ.

Carmen hexametrũ ſex pedibus conſtat, numero quidem ſex, ge-nere vero duobus tantũ, Spondæo & Dactylo, quintus locus Da ctylum ſibi perpetuũ vendicat. ſextus vero Spondæũ, reliqui hũc vel illum vt volum⁹. Exempla ſunt ex Vergilio. Panditur interea domus omnipotentis olympi. Luctantes ventos tempeſtateſq̃ꝫ ſo-noras. Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo. Syluestrem tenui muſam, meditaris auena. Scãde. id eſt pedes diſtingue ſic. Pan-ditur. intere. a domus. omnipo. tẽtis o. lympi &c̃. Hexa. id eſt ſex. me tron. id eſt menſura quia ſex pedum ictibus ip̃m metimur hoc ge-nere ſcribimus heroum, regum & principum geſta cum laude, ſed longe ſublimiori ſtylo q̃ꝫ res ruſticorum paſtorum, aut ſatyricę ho

minum vitia &c̄. vnde Heroicum dicitur quum heroum geſta eo genere deſcribuntur. Quum aliæ res hexametris exarantur licet ij-dem maneant pedes, heroicum proprie non dicetur. Pythium ap-pellatur, quia Pythij Appollinis oracula hexametris dabãtur, Ho-mericum ab Homero nũcupatur, quia Res geſtę regumq; ducũq; & triſtitia bella. Quo ſcribi debent numero monſtrauit Homerus. Hexameter verſus latine ſenarius nominatur, Epos etiã hoc genus vocatur. ſed videamus quam pedes liceter admitti inueniãtur.

## Pedes nothi ſiue illegittimi.

**Hæc te legitime docui, nam ſæpe poetæ**
**Ipſa minus ſeruant, tu quanta licentia cautus**
**Eſt permiſſa vide; nequando turpiter erres.**
**Nanq; rei grauitas, quinta in regione locauit**
**Spondæum, veluti magnũ Iouis incrementum**
**Datq; pedes alios Maro. tu puer elige legem.**

Heroici verſus pedes legitimi. i. ex carminis lege debiti ſunt, Dacty-lus & Spondæus. admittũtur tamen nothi. i. illegitimi per poeticã licentiã, quam cauebis, quia rara occurrit, nec niſi in magnis operi-bus eorũ poetarũ qui extra oẽm inuidię aleam poſiti ſunt. Poetę ita-q; in quinta regione ſæpe ſpondęũ locant, vbi rei grauitas &, maie-ſtas ſignificatur, aut mœror & languor, tamẽ id raro eſt faciendum nec vnq; in epigrãmate. Verg. Chara deum ſoboles magnũ Iouis incrementũ. Idem. Cornua velatarũ obuertimus antennarũ. Idem. Tu ne ille æneas quẽ Dardanio Anchiſæ. & li. iij. ęne. Armatũq; au-ro circũſpicit Oriona. Et iterũ. ij. æneí. de Sinone maximã triſtitiam languorẽq; ſimulante. Conſtitit atq; oculis Phrygia agmina circũ-ſpexit. vbi etiã bis vſus ẽ ſynalœpha, vt viuacius languor ille repre-ſentaret. Siſia in Lucretio, Ouidio, cęteriſq; repies, ſed ferme Dacty-lus tũ quartũ locũ ſibi vẽdicat. Addã vnũ ex Propertij li. ij. Sunt apud infernos tot milia formoſarũ. Pulchra ſit in ſuperis ſcilicet vna lo-cis. rariſſime ſunt ſex ſpõdæi. Ennius (vt eſt apud Crinitũ li. xxij. ca. vij) Ciues Romani tũc facti ſunt Cãpani. hi verſus ſpõdaici dicunt. Qñq; ſexto loco eſt dactylus ſed vix niſi hypermeter locũ habeat. Vergi. At tuba terribilẽ ſonitũ procul excitat horrida, ob eam rem tales verſus dactylici appellantur. ¶ Reperiuntur & alij pedes in diuerſis locis hexametri, qui ſunt Iambus, Anapæſtus, Proceleu-maticus niſi cæſuræ licentiam eſſe velis. Tu licentiam cauebis niſi iam tantus fueris, quanti hi apud quos ea licentia reperitur, & tum

ita caute, & ita parce licentia vteris, vt veteres. afferã e diuerſis aucto rib⁹ nõnullos ỽſus. in q̃bus nothi pedes ſunt, id aũt preceptor me diocriter doctus facile declarabit. Ex Vergilio hos ỽſus annotaui.
Liminaq; lauruſq; dei, totuſq; moueri.
Dona de hinc auro grauia, ſectoq; elephanto.
Muneribus tibi pampineo grauidus autumno.
Floret ager. ¶ Verſus etiam ſpondaicus eſt.
Mortem contemnunt, laudato vulnere Getæ.
Fluuiorum rex Eridanus campoſq; per omnes.
Addidit & natæ Turniq; canit hymenæos.
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Tityre paſcentes a flumine reice capellas.
Genua labant vaſtos quatit, æger anhelitus artus.
¶ Inuenio ſimilia apud alios, Sil. lib. vi.
Cætera ſinuatis glomerant ſub pectore gyris. Et lib. vij.
Ducit ſinuato captiuum ad littora lino. Lucret. lib. iiij.
Aciebus binis quoniã res conſit vtraq;, Silli. lib. i.
Genua labant, feſſiq; humeri geſtamina laxant. Et lib. iiij.
Tenuia vix ſummo, veſtigia puluere laxant. Colu. lib. xi.
Talis humus vel parietibus, vel ſepibus hirtis
Claudatur. ¶ Notabis aũt documentũ Seruianũ, in illud Verg. i. Ge or. Tenuia nec lanę per cœlũ vellera ferri, vbi ait Seruius, Proceleu maticus pro dactylo, quã rem quotieſcunq; facit Vergilius, ſeruat locũ ſynęreſi, vt in. ij. æneí. Sectaq; intexũt abiete coſtas. In eodem, labat ariete crebro. & iterũ in eodẽ. Hærent parietibus ſcalæ. Synęre

Synereſis. ſis eſt duarũ ſyllabarũ in vnã propter verſum cõtractio ſic, tenuia fit dactyl⁹ ſic ariete q̃ſi u vel i vocalis fiat cõſonãs, ſic in Sillio excu ſari poſſunt, ſinuatur & ſinuatis, id manifeſtũ eſt apd' Papinium in. xij. Theb. Ortus & inſtantem cornu tenuiore videbat Luna diem. Et apud Propertiũ lib. iij. Induit abiegnæ cornua falſa boui.

## Vltima verſus anceps.

**Vltima cuiuſq; eſt communis ſyllaba verſus,**
**Ne credas eſſe in ſexta regione Trochæum**

Vltia ſyllaba cuiuſcũq; verſus eſt anceps. i. cõmunis ſiue ad placitũ, vnde ait Rufin⁹. At finis Bacchius erit, breuis vltima claudet, Lon ga ſit an ne breuis nullum diſcrimen habetur. Idem docent Quinti lianus & Cicero, & nos ſæpe id oſtendemus, ideo licet vltima hexa metri videatur breuis non eſt trochæus. Vergi. Si quis habet num mos veniens exibit inanis.

## Pentemimeris cum alijs cæſuris.

**Per pentemimerim breuis eſt producta licenter.**

Pentemimeris eſt vbi poſt duos pedes manet ſyllaba partē oratio-
nis finiēs, veluti, Om̄ia vincit amor, hic poſt duos pedes om̄ia, vin
cit a, manet ſyllaba mor, finiens hanc orationis ꝑtem amor. Cuiuſ-
modi ſyllaba inuenitur licēter produci ſi naturaliter ſit breuis, ne di-
cat̃ tertio loco eſſe Iambus, quē non recipit heroicū teſte Quinti. in
lib. i. de inſtit. orat. Verg. in Bucol. Omnia vincit amor, & nos ceda
mus amori & alibi. At tibi Tymbre caput Euandriꝰ abſtulit enſis,
hac licētia parce vtendū eſt, nam Seruius in illud. v. æneí. Cede deo
dixitq; & pręlia voce diremit, quę inqt vacat metri cauſa, & maluit
periſſologian facere ꝙ̄ vti cōmuni ſyllaba, quæ frequēs vitioſa eſt,
hinc Terētianus. Nec tāta in metris venia concedit̃ vti. hæc Seruius
Errauit igit̃ Alexāder cum multis alijs, nimis ſæpe hac licentia abu
ſus. Minꝰ aūt vituperanda eſt, vbi ſyllaba in conſonantē deſinit, ꝙ̄
vbi in vocalē. Vergi. ij. æne. Noſtrorū obruimur, oriturq; miſerri-
ma cædes. non eſt (vt male putat Alexander) tribrachus ſed dacty-
lus. Iuue. ſat. i. Et latum media ſulcum deducit arena. ponit exemplū
hoc Franciſcus Niger, cui in Iuuenalē cum Calderino aſtipulat̃ Ba
dius. Mācinellꝰ vero dicit ablatiuū et in antiqſſimo libro pro gloſ-
ſula qui appoſitū eſſe. Apud Verg. iij. æne. eiuſmodi ſyllaba propt̃
heptemimerim ꝓducit̃, in vocalem deſinēs poſt treis pedes. Dona
dehinc auro grauia ſectoq; elephāto Imperat ad naues ferri. Seruiꝰ
ait. grauia finalitatis gratia ꝓducitur, ſed ſatis aſpere, nam in nullam
deſinit cōſonantē, vt Oīa vincit amor &c̄. Nūc vt oīa recte cogno
ſcant̃, videamus quid ſit Cæſura, & quæ illius ſpecies. ¶ Cęſura eſt
ſectio partē orationis finiēs, ꝑcuſſioniſq; decorū reddens ictum, vt Cæſura.
Oīa vincit amor, vbi ſyllaba breuis (quia ꝑpter cæſurā neceſſario Cæſure
quieſcimus) vnū tempus lucrifacit, & pro lōga habet̃, vt iam dictū ſpecies.
eſt. Cęſuræ etiā articuli dicuntur & græce cōmata. Cæſurarū ſpecies
hæ ſunt Pentemimeris, hemipētemimeris, Trochaica tertia, trocha
ica quarta, heptemimeris, Spōdaica, bucolica, de prima ſat dictū eſt. Pentemi-
Pentemimeris dicit̃ latine ſemiquinaria a pēte. i. quinq; & hemi. i. ſe- meris.
mi extrita aſpiratiōe, vt in Philippus & Argyrippus, et meri diuiſio
quaſi diuiſio ſemiquinaria. Nam duo pedes & ſemipes qui vna ſyl
laba conſtat faciūt dimidiū quinq; pedū, Si quis tñ velit per aſpira
tionē & es, nō per is in fine pētemimeres nō pētemimeris ſcribere cū
Aldo minime reclamauero. videto ipe aliqñ Aldū. ¶ Hemipen- Hemipēte
temimeris quaſi dimidiū pētemimeris eſt, quū poſt pedē primū ma mimeris.

nẽt ſyllaba ꝑtem orationis finiẽs, ratiõe cuius breuis nõnunq̄ ꝓdu-
cit, caue imiteris. Luc. li. ij. Dum ſanguis inerat dũ uis materna, pegi.
Iuue. Quis neſcit aut q̄s non vidit vulnera pali, ſic plura, licet aliter
Trochaica tertia. poſſumus quęd ã excuſare vt alibi videbimus. ¶ Trochaica tertia
cæſura (ſi parce miſceat) oppido q̄ iucũda eſt, vbi poſt duos pedes
manet trochęus ꝑtem orõnis finiẽs. Verg. Non oẽs arbuſta iuuant
Trochaica quarta. humileſq; myricę. ¶ Trochaica q̄rta eſt vbi idem fit poſt tres pedes
exemplũ facile inuenies. ¶ Heptemimeris eſt vbi poſt tres pedes ma-
Heptemimeris. net ſyllaba ꝑtem orõnis finiẽs. Verg. Quo vitam dedit ęternã, Cur
mortis adempta eſt Conditio? Latine ſemiſeptenaria diuiſio dicitur
ab hepta .i. ſeptẽ, hemi .i. ſemi, & meri .i. diuiſio. In dicto exemplo eſt
trochaica ſecũda, vbi poſt primũ pedẽ manet trochęus, ꝑtẽ orõnis
finiẽs, q̄d vbi cõtingit, non inuenuſte oĩno abeſt trochaica tertia cũ
pẽtemimeri, ut in hoc ipſo exẽplo. alioqui ſi trochaica tertia abſit aut
pẽtemimeris, carmẽ claudicare, et quaſi podagra affici, videbit. Inue-
nies tñ carmina apud doctiſſimos, vbi pẽtemimeris atq; omis tro-
chaica abeſt, aliq̄n etiã vbi nulla cæſura eſt, ſed hæc q̄ rara ſunt, ęſti-
mant in pulcherrimo corpe non dedecẽtes nęuuli, quos tñ vt poſ-
ſumus maxime vitabimus quia de hac re Terentianus, teſte Seruio
dixit rarũ concedã, fieri non poſſe negabo. Hora. in lib. ij. Ser. Vt te
naſidieni iuuit cœna beati. ſine vlla cęſura ꝟſus eſt, duri ſunt hi ver-
ſus eiuſdẽ quia heptemimerim tantũ obtinent. Nec facũdia deſeret
hunc nec lucidus ordo. Si defendere delictũ q̄ verteŕ malles. Verg.
Sic amor omes vnus habet, decernere ferro. Idem. Eſto nunc ſol te-
ſtis & hæc tibi terra p̄canti. Idẽ. Addam cærea pruna & honos erit
huic quoq; pomo. Secũdus pes rariſſime eſt niſi dure admodũ inte-
gra dictio. Elegans eſt vbi nullus pes eſt integra dictio, vt. Iuſtitiaq;
dedit gentes frenare ſuꝑbas. Itaq; ex eiſdem verbis alius ruſticũ car-
men efficiet, aliꝰ elegans aut non inuenuſtũ. vt. Hos p̄ceptor nobis
Vergi. verſus dicere iuſſit. Hos nobis verſus p̄ceptor dicere iuſſit. ¶ Spon-
Spõdaica daica eſt vbi quartus pes eſt ſpõdæus finiẽs orõnis ꝑtem, vt. Alba-
Bucolica. niq; patres atq; altæ mœnia Troię. ¶ Buccolica vbi quartus pes da-
ctylus eſt, ꝑtem orationis finiens, vt Nos patriæ fines & dulcia lin-
quimus arua. & tantũ de cæſuris. Caueas aũt licentiã de qua locu-
ti ſumus Verg. xij. æneí. Congredior fer ſacra pater & cõcipe fędus.
Idem li. xi. eiuſdẽ. Oratis eq̄dem & viuis cõcederē vellem. Q̄d Verg.
dixit. Addam cærea pruna & honos erit huic quoq; pomo, volũt
durũ eſſe non ob id ſolũ ꝗ abeſt trochaica vel pẽtemimeris, verũ
etiam quia quintus pes in diſſyllabum durius exit. Cęteꝝ nullo mõ
rectius dulce ab amaro dignoſces & ſeparabis, q̄ poetas optimos

quotidie relegendo.ne exiſtimer tamẽ hunc laborẽ refugiſſe, vt breuiſſime potero, heroici decorũ perſtringã. In ſubitanea re inſurgũt canore quinq; dactyli cõtinui veluti, Panditur interea domus omnipotentis olympi. De ſpondaicis dictũ eſt & de cæſuris ¶ Heroica maieſtas in primis diligit pluriũ in ſe verſuũ implicationẽ quã cathenã appellant. Ita vt ante tres aut quattuor verſus, raro ſenſus perficiatur. Tale eſt principiũ tertij æneí. Poſtq; res Aſiæ Priamiq; euertere gentem Immeritã viſum ſuperis, ceciditq; ſuperbũ Ilium, & oĩs humo fumat Neptunia Troia, Diuerſa exilia, & deſertas quęrere terras Augurijs agimur diuũ ¶ Nõnunq; tamẽ pulcherrimũ fuerit, egregiã aliquam ſententiã vnico verſu cõcludere. veluti. Tantę molis erat Romanã condere gentem. Tantum æui mutare valet longæua vetuſtas. ¶ Venuſtum & momentoſum eſt repetere aliquando dictionẽ in hunc modum( verum ſemper meminerimus nihil eſſe odioſius affectatiõe) Sequit̃ pulcherrimus Aſtur, Aſtur equo fidens. Ardẽtia lumina fruſtra, Lumina nam teneras arcebant vincula palmas. Sic Perſius. Tum vetule auriculis alienis colligis eſcas, Auriculis quibus & dicas cute perditus ohe. ¶ Neq; indecorum eſt illud ſi parce fiat, Multa ſuper Priamo rogitans ſup Hectore, multa. ¶ Quid illud nonne vehementiſſimum Tu ſpes. nunc vna ſenectæ. Tu requies miſeræ, decus imperiumq; Latini. Te penes. ſic. Tu mihi quodcumq; hoc regni, tu ſceptra Iouemq; Concilias. tu das epulis accumbere diuũ, Magnã profecto vehementiã habet cum gratia, vbi opus fuerit huiuſmodi repetitio. ¶ Politiſſimũ cenſetur Heroicũ, quod in principio habet ſpondæũ non finientẽ orationis ptem, ſequentibus duobus dactylis in hunc modũ. Defeciſſe videt ſua nunc promiſſa repoſci. ¶ Deſinit pulchre in triſſyllabã, nec male in biſſyllabã, durius aũt in tetraſyllabã pentaſyllabãq; dictionẽ, duriſſime vero in monoſyllabã niſi encletica ſit, aut animalis nomẽ, aut niſi monoſyllaba p̃cedat, vt. Procũbit humi bos: & c̃. Obſeruationes non ſemper reperies, nempe ex induſtria grauiſſimi poetæ, negligẽtiores interim videri volunt, neq; em̃ vnus aut alter næuus dedecet corpus egregiũ, longe plura reliqui grãmatici afferunt. Nobis hæc paucula ſufficiũt, reliqua ex ipſis poetis multo copioſius q̃ ex grãmaticis percipienda, miſſa facimus.

Hæroici decorum breuiter p̃ strictum.

## Pentametrum carmen.

Pentametrum vult quinq; pedes, pes tertius eſto
Semper ſpondæus, quartus quintuſq; anapæſtus
In reliquis ſpõdæus erit vel dactylus, vt vis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pẽtameter verſus cõſtat quinq; pedibus, quorũ tertius ſemp ſpon-
dæus eſt, quartus & quintus anapæſti, reliqui ſpõdæi aut dactyli, vel
hi mixti vt vis. ſemp aũt aſſit pẽtemimeris. Teſtimonio ſunt Marti.
Oĩbus inuideas liuide nemo tibi. Oui. li. i. triſti. Indelibatas cuncta
ſequũtur opes. Ibidẽ, Nullus ad amiſſas ibit amicus opes. Martia. Si
poſt fata venit gloria non ꝑpero, Scãde Oĩbus. dacty. Inuide. da
cty. as li. ſpõdæus vide ne. anap. mo tibi, anap. nunq; tertio loco eſt
Iambus, quia per cæſuram fit ſpondæus, licet id cauendũ ſit, vt di-
xi. Ouid. Arte leuis currus, arte regendus amor. Nec vltimo loco
aliquando eſt tribrachus, quia vltima cuiuſq; eſt cõmunis ſyllaba
verſus. Hunc ſcandendi modum, video veteribus placuiſſe. Quin
tilia. lib. ix. de compoſitione, optime eſt fini iunctus anapæſtus, vt
qui ſit pentametri finis. Ouid. in lib iij. de Ponto ad Cupidinem ait.
Tu mihi dictaſti Iuuenilia carmina primum. Appoſui ſenis te duce
quinq; pedes. Sido. in pręfatione de laudibus Narbonis, Miſiſti mi
hi multiplex poema. Doctum, nobile, forte, delicatũ. Ibant hexame
tri ſuperbientes. Et veſtigia iuncta ſed minora. Per quinos elegi pe-
des ferebant. Aliter ſcandunt Gaguinus, Verulanus, Nebriſſenſis.
nec damno, quia idem genus ſępe diuerſo modo metiri poſſumus,
neq; auctore carent, quia in centimetro Seruius ait. Elegiacum con
ſtat pentemimeri, prima heroica, ſecunda dactylica, ut eſt hoc. Mœ-
ret diffuſis, flens elegia comis. Elegiacũ. id eſt verſus pentameter cõ-
ſtat, pentemimeri heroica. id eſt duobus dactylis vel duobus ſpon-
Elegiacũ. dęis, vel ſpondęo & dactylo aut cõtra, & ſyllaba partem orationis
terminante, quæ longa eſt vel poſitione, vel ſua natura, vel cæſurę
licentia, hinc ſequitur pentemimeris dactylica. id eſt duo dactyli &
Obiectio ſyllaba. Et ſi dicas pẽtameter dicitur a pente. id eſt quinq; & metron.
id eſt menſura, ergo habet quinq; menſuras ſeu pedes. dicunt duas
illas ſyllabas cæſurarũ quaſi vnus pes ſit, facere menſurã quintam.
Inuenies tamen pentametrũ ſine cæſura heroica, ſed admodũ dure
quare non imitari vellem vllo modo. Catul. ad ianuam. Speraret
nec linguam eſſe nec auriculã. Idem ad Mallium. Muneraq; & mu-
ſarũ hinc petis & Veneris. Ibidem. Qua veniẽs vna atq; altera rur-
ſus hyems. Ibidem Troia virum & virtutũ oĩm acerba cinis. Idem
ad amicũ. Illam affligit odore ipſe perit podagra. Idem ad ingratũ.
Q̃ modo qui me vnũ atq; vnicum amicũ habuit. & ad Leſbiam.
Pẽtametri Nec deſiſtere amare omnia ſi facias. Ex his liquet Catullũ in hoc ge
decorum. nere fuiſſe interim duriuſculũ. ¶ Deſinit pentametrũ venuſtiſſi-
me in dictionem diſſyllabam, nec male in tetraſyllabam pentaſylla
bamq; interim etiam in hexaſyllabam. Duriter aũt in triſſyllabam.

duriſſime in monoſyllabā niſi enclctica ſit, quæ ad ſuperioris dicti
onis ſubſtantiā ꝑtinere videtur, aut niſi monoſyllaba pręcedat. Nec
tñ quæ grāmaticis dura videntᷣ, poetę vſqꝫ quaqꝫ refugerūt, de om
nibus afferam pauca teſtimonia. Ouid. i. triſti. Interdicta mihi cerni
tur Italia. Mart. Dantur opes nullis nūc niſi diuitibus. Propert. Con
tactū nullis ante cupidinibus. Helena ad Paridem. Nec ſedeo duris
torua ſupercilijs. Martia. Protinus ingentes ſunt inimicitiæ. Proper
tius in principio li. pri. Et caput impoſitis pſſ. t amor pedibus. Idem
Et veniant hederę ſponte ſua melius, Sic idem alibi ſępius. Tibullus.
Fecit, & antiqs impoſuit larib9. Idem. cantat & applauſo tela ſonat
latere, ſi idem ſæpius. frequētiſſime vſo Catullus vt ad auſ. lenā. Qđ
nec das nec fers ſępe facis facinus. Idē ad Corneliū Cuius ſit penitus
nota fides ani &c̄. Mart. lib. ij. Deliciæ ppl̄i q̄ fuerāt dñi. Et alibi. Nec
volo qđ cruciat nec volo qđ ſatiat, ſic idē ſępius. Oui. li. i. de Ponto.
Quo libet vt ſaltē rure frui libeat. Et lib. iij. Vix excuſari poſſe mihi
videor. Et lib. iiij. Spectarem qualis purpura te tegeret. ſic alibi non
nunq̄. ſed longe rarius q̄ Catullus, Tibullus, Propertius, Vergi. in
Coppa. Lilia vimineis attulit in calathis. Ibidem. Eſt hic munda Ce
res, eſt amor, eſt Bromius. In eodem. Et pendet iunco cæruleus cu
cumis. Idem fecit Plinius. vij. epiſt. Nunc Venerē effingat nunc Ve
neris puerum. Martial. Sunt hæc trita quidem Zoile ſed mea ſunt.
ſic alibi ſępius. & Catul. Aut facere hæc a te dictaqꝫ factaqꝫ ſunt. To
lerabiliora ſunt in fine duo monoſyllaba Proper. lib. pri. Vni ſiqua
placet culta puella ſat eſt. Ouidi. in. v. Triſti. Præmia ſi ſtudio conſe
quar iſta ſat eſt. Monoſyllaba pręeunte ſynalœpha frequēs eſt. Oui. Elegiarū carmen.
Et ſolum conſtans in leuitate ſua eſt. ¶ Pentameter verſus appo
ſitus hexametro, facit carmen elegiacum. Auſonius. Fortunam re
uerenter habe quicumqꝫ repente. Diues ab exili progrediere loco.
Totum poema Elegia dicitur, ab eleos. id eſt miſeratio, quia homi
num dolores, querimoniæ ſeu lamentationes, & adulescentulorū
amores, hoc genere primū ſcribi cœperunt, poſtea etiam quecūqꝫ
aliæ res. Inuentor latet, docēte in arte poetica Horatio. Verſib9 im
pariter iunctis querimonia primū. Poſt etiā incluſa eſt voti ſenten
tia compos Quis tamen exiguos elegos emiſerit auctor, Grāmatici
certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. ¶ Debet hexameter cum pen
tametro ſenſum concludere aut ſuſpēdere, ita vt in ſequētibus duo
bus penitus abſoluatᷣ, nec poteſt dictio regens poni in pentametro,
& recta in ſequente hexametro aut contra, id tamē non ſemper ob
ſeruatum video. Oui. v. Triſt. Pone metum, valeo corpuſqꝫ quod
ante laborum Impatiens nobis inualidumqꝫ fuit, Sufficit atqꝫ ipſo

vexatum induruit vſu. Catul. Alloquar: audiero nunq̃ tua verba loquentẽ. Nunq̃ ego te vita frater amabilior, Aſpiciã poſt hac: at certe ſemper amabo. Idem de coma Berenices. Scilicet in vario ne ſolum limite cœli. Ex Ariadnæis aurea tẽporibus. Fixa corona foret &c. Verum quod rarꝫ eſt, ne in vſum traxeris, vt ſępe admonui

¶ Carmen elegiacũ gaudet binis epithetis id eſt adiectiuis non turgidis, vel iflatis, vel affectatis, quod fere ita fit, vt duo adiectiua duobus ſubſtãtiuis præponant̃, vbi prius priori reſpõdet, frequẽter tamen aliter inuenies, neq̃ em̃ legem ſed elegantiã trado. Propert. lib. ij. Sic me nec ſolę potuerunt auertere ſyluę. Nec vaga muſcoſis flumina fuſa iugis. Neq̃ dedecet iſtud alijs generibus carminũ, vt. Syluestrem tenui muſam meditaris auena. Caue ne ſint eiuſdem caſus numeriq̃, q̃a ambiguitatẽ pareret. Id nõ eſt quũ Vergi. dicit Mollia lutheola pingit vaccinia calta. Ne ſint aũt epitheta duo, quia vitioſum eſt teſte Seruio, quale eſt, dulcis frigida aqua, ideo decorꝫ adiectiuũ eſt, inſigne vero ſubſtantiuũ apud Vergi. ij. æneí. Androgeo galeã clypeiq̃ inſigne decorꝫ induit̃. Nunc videamꝰ de tribus alijs generibus carminũ, quibus frequenter in teſtimonijs vtemur.

## Aſclepiadæum carmen.

Vult Aſclepiadis verſus ſpondæon habere
Principio, binos hinc rite capit coriambos
Pyrrhicius ſequitur quo non velocior alter.

Aſclepiadęus vſus cõſtat ſpõdæo, duobus choriãbis, et pyrrhicio, vt. Sãctorꝫ meritis inclyta gaudia. Frẽs vnanimes fęderẽ nexili. Scãde. Sctõ, ſpõdęus, rum meritis, cho. inclyta gau, cho. dia pyrrhicius. adde ſyllabã habebis pẽtametrũ carmẽ. Sãctorꝫ meritis inclyta gaudiola. Poteſt etiã ſcãdi, vt ſit pẽtemimeris ex ſpõdæo dactylo & ſyllaba lõga, q̃ rõne cęſuræ interim naturalit̃ breuis ꝓducit̃. Caue imiteris, hic ſequũtur dactyli duo ſic. Feſtũ, nũc cele, bre, magnaq̃, gaudia. & ꝑfecto ſine pẽtemimeri claudicat hoc carmĩs genꝰ. Nomẽ capit ab Aſclepiade inuentore, vel Aſclepiadæis frequenter vſo, Scribitur ad principes viros. Horati. ad Mecœnatem. Mecœnas atauis edite regibꝰ. Ibidem. Terrarꝫ dominos euehit ad deos. hic vltimus pes pyrrhicius eſt aut dactylus, licet vltima ſyllaba natura producatur. Cicero in Oratore. Poſtrema ſyllaba breuis an longa ſit, ne in verſu quidem refert. Dicitur hoc carmen choriambicũ, a pedis dominio. quibus iungatur poſt videbimus.

## Sapphicum carmen.

Quinq̃ pedes Saphus carmen capit, eſſe trochæus.

Vult primus, quartuſq; & quintus, tertius autem
Dactylus, ipſe locum ſumes ſpondæe ſecundum.
Hoc carmen poſt treis verſus ſibi iungit Adonis
Metrum. quod ſic fit ſpondæum dactylus anteit

Verſus Sapphicus conſtat trochæo, ſpondęo, dactylo, duobus trochæis. veluti. Vt queant laxis reſonare fibris, Scande. Vtque, ant laxis reſo, nare fibris. hic, fibris trochæus eſt per regulā. Vltima cuiuſq; eſt cōmunis ſyllaba verſus. Nomen habet a Sappho puella primū hoc genere apud græcos vſa. hoc carmen citra pentemimerim duriuſculū eſt & pene claudū. id tamen elegantiſſimi auctores non ſemper refugerunt. Horat, Mercuri facunde nepos Atlantis. idem. Quem virum aut heroa lyra vel acri &c.

Tu cauebis quantū potes, verum memineris. Pulchrū corpus non dedecere vnum aut alterū næuulum. ¶ Huic carmini pōſt treis verſus, addes vnicū verſum Adonium ſiue Adonicū, ſic dictū ab Adone puero, vel ab Adone, inuētore, qui conſtat dactylo & ſpōdæo. hinc fit regreſſio ad Sapphicos, Scribimus hoc genere deorū laudes, amores quoq;, & alia multa. Horatius ad Fuſcum.

Integer vitæ ſceleriſq; purus. Non eget Mauri iaculis nec arcu
Nec venenatis grauida ſagittis. Fuſce pharetra.

In Adonico fere ſemper ſenſus concluditur. id tamen Horat. aliją non ſemper obſeruant. Horatius. li. ij. car. ad Groſphum Te greges centum ſiculæq; circum Mugiunt vaccæ, tibi tollit hinnitum Apta q̄drigꝫ eq̄ te bis aphrō, Murice tictę, Veſtiūt lanę mihi pua rura &c.

## Phaleucium carmen.

Quum facies carmen quod cōpoſuiſſe Phaleucus
Dicitur, in prima ſpondæus erit regione,
Dactylus inde datur, triplicē cui iunge trochæum.

Phaleucius verſus cōſtat ſpōdęo, dactilo, & tribus trochęis, qui ſine pētemimeri mācus eſt. licet alit interim licēter repies, veluti apd Catullū. Nec ſeſe a gremio illius mouebat. ſic alibi ſępius. id tu cauebis, qa Auſoni⁹ ait. Iſtos cōpoſuit Phaleucus olim. Qui pētemimerim tenēt priorē. Scande. Iſtos, ſpōdæus, compoſu, dacty, it pha, leucus olim, tres ſunt trochæi. Catul, Paſſer delicię meæ puellæ. hic vltima corripit, qa vltima v̄ſus eſt cōmunis. plura videbis in q̄nto libro. Nomē accepit a Phaleuco inuētore, qui etiā Phaleucius dicit a Terētiano dicēte. Hoc Cereri metro cātaſſe Phaleucius hymnos Dicit,

hinc metrũ dixere Phaleucion iſtud. dicunt̃ Phaleucij verſus hendecaſyllabi, q̃a ſine ſynalœpha & ellipſi, vndecim ſyllabarũ ſunt. Scribimus hoc genere epigrãmata &c. Nunc quia de ſynalœpha & ellipſi ſæpe meminimus, nec ſine eis verſus plærũq; metiri poſſumus tempus eſt de his quãta poſſumus maxima diligẽtia, diſſerendi.

## Ellipſis & ſynalœpha

M. necat ellipſis ceu vocalem ſynalœpha
Dictio dum ſequitur quæ a vocali incipiatur.

Ellipſis.

Ellipſis eſt m. literę cum ſua vocali detractio, abſumptio vel interẽptio, q̃ties dictio aliqua in m. literã deſinit & dictio ſeq̃ns a vocali ſumit exordiũ, vt in hoc epitaphio Virginij Ruſi diſticho, apud Pliniũ lib. vij. epiſto. ad Ruſonẽ. Hic ſitus eſt Ruf us pulſo qui vindice, q̊ndã Impiũ aſſeruit nõ ſibi ſed prię. Scãde impi, aſſeru, &c. Perſi. in. ij. Sat. Impello expungã nãq; eſt ſcabioſus et acri Bile tumet. ſic lege non, nã vt fecit Gæor. Val. Placẽt. li. iij. ca. xxxvi. & apd̃ Iuuenalem. Sat. ix. Viuendũ recte quũ ꝓpter plurima, tũ de his Pręcipue cauſis, ita h̃nt emẽdatiores libri, non tñ his vt in hũc poetã notauit doctiſſimus vir Badius. Etem̃ vetuſtiſſimi tñ et nimiũ illoꝝ amatores m. nõ interimebãt. Ennius. Inſignita fere tum milia militũ octo. Duxit delectos, bellũ tolerare potentes. ſic Priſci. ſic h̃et Gæor. Val. li. xxxi.

M. nõ interempta

Alij tñ forent ꝑ fere, alij duo milia h̃nt. ſed hæc lectio videt̃ aptior. difficile eſt certe in poetis q̃ interciderũt verã lectionẽ hariolari. Lucret. li. i. quantũ Corpoꝝ in plumbo eſt tantundẽ pondere par eſt. ibidem. Corpoꝝ officiũ eſt, & alibi. Corpoꝝ oĩno ſenſum pars ſola tenere, ſic idem ſæpius quod imitandũ non eſt, quia iam exoletũ, nam quod Auſonius ait. Poſt m. inciſum eſt puto ſic nõ tota videtur, excuſatur quia m. hic nuda litera eſt nulli vocali annexa. Gæor. Val. lib. xxxviij. ca. xxxvi. putat Catullũ non interemiſſe m. in ſoſpitem, quũ dixit in Argonaut. Soſpitẽ ereptũ ſe oſtẽdit viſere portum. Cęteꝝ emẽdatiores libri h̃nt cõiunctionẽ ſenſui ſatis neceſſariã Soſpitẽ et ereptũ &c. Vt aũt in hac re veteres nõ ſecuti ſunt Vergiliꝰ & Ouidius cum cęteris iunioribus, ita nec in eo q̃ veteres. s. literam interemerũt, niſi forte rariſſime. nos v̾o. s. nunq̃ abſumemus. Luci. li. i. Sat. Quẽ neq; Lucanis oriũdi mõtibus capri. Sueuius apud Macrobiũ. iij. Satu. Diſſeruer̃ nouos fructus mortalibus dãtes. Catullꝰ in vltĩo operis ſui verſu. Affixus nr̃is tu dabis ſuppliciũ. Lucret. li. i. Nam fierẽt iuuenes ſubito ex infantibus ꝑuis, ſic alibi ſæpiſſime, vt apud vetuſtiores oẽs, qd̃ vt durũ, poſteritas repudiauit, niſi in paucis, nos aũt s. nuſq̃ abſumemus, Hora. Regis opus ſteriliſq; diu pa-

S interempta.

lūs aptaq; remis. Mālli⁹ li.ij. Taurū Cytherea tuet̄. Formoſos Phœ
b⁹ gemios, Cyllenius cācrū, Cic. in Arato. Puluerulētus vti de terra
lapſus repēte, Scāde mōtibu, mortalibu, &c. Aliquādo inuenit̄ cum
ſua vocali interimi. Verg. Hic Hāmone ſatus & rapta Garamātide
nymp, ha niſi mēdoſe legat̄ pro rapta et Garamātide nympha. Mar
tia. Sardonichas, ſmaragdos, adamātes, iaſpidas vno. Sunt tamen
q velint ſecundā corripi in ſmaragdos, qa interdū d. liqſcit, vt aiūt.
Iuue. Diſpoſitis p̄diues hamis &c. Verg. aut ouiū fœtus aut vrentes
culta capellas. Scāde. Aut ouiū fœtaut. Vidi tamē libros in qb⁹ erat
aut fœtus ouiū. Idem lib. xij. Inter ſe coijſſe viros & decernere ferro
ſcāde. viret, ita multi legerūt, quos ſeqtur cum Priſciano Sulpitius,
ſed in hūc, ait Seruius, vera & antiqua lectio eſt cernere, Nam Ver-
gilius imitatus eſt Enniū, apud quē cerner̄ pro decernere capit̄, quū
dicit. Olli cernebāt magnis de rebus agētes. Idem ferro nō auro vi- Cernere
tā cernamus vterq;. hęc Seruius. In eadē eſt opiniōe Seneca in epiſt. decernere.
lviij. legens cernere non decernere. vtriq; ſuffragat̄ Politianus, qui
bus libenter aſtipulor, quia cernere pro decernere etiam apd̄ Catul-
lum eſt. Certe ego te in medio verſantē turbine leti Eripui. & potius
germanū amittere creui Q; tibi fallaci ſupręmo in tempe deeſſem.
Plautus in argumēto Amphitryonis. p patria Amphitryo dū cer
nit pro hoſtibus habitu Mercurius ei ſubſeruit. Soſię. hic cernit pro
decernit & certat ſumit̄. Cato. Succeſſus indignos noli tu ferre mo-
leſte Scande. ſucceſſindignos. Idē. Quod noſti factū non recte noli
ſilere. ſcande, noli ilere. Vbi. s. in principio dictiōis abijcit̄, quod apd̄
veteres nuſq; notaui, ideo Mancinellus vtrūq; mēdoſum putat, ſic
reſtituēs Succeſſū indignū noli ſufferre moleſte. Qd̄ noſti factū nō
recte non ſileat̄. S. igit̄ veterū more nunq; interimas, niſi antiquiſſi
ma transferas e græco, idq; vix conceſſero. Politianus tamen non Ellipſis.
abſtinuit, vt antiquarius haberetur. ¶ Ellipſis cum i. in ſecūda ſyl-
laba vel cum e ellepſis, interprætat̄ detractio. ex ex & lipo vel lepo.
i. deſero, deficio, linquo, dicitur etiam ecthlipſis vel ecthlepſis cum c
exili & th aſpirato. i expreſſio vl̄ eliſio, ecthlibo. i. exprimo. elido, ex
cudo. ¶ Scanſio (quia de ea ſæpe loqmur) eſt legitima metri in ſin
gulos pedes diſtinctio, ſic dicta, qa p pedes veluti ſcalarū grad⁹ ſcā- Scanſio.
dētes incedimus, ita dicūt. Diomedes, Priſcianus, & oēs deniq; grā-
matici. Ne dicas cū idoctis ſcādiſar̄. ſed tp̄s ē vt de ſynalepha dicāus.

## Synalœpha.

Synalœpha eſt vocalis detractio, quotiens in eam dictio deſinit &
ſequens ab ea inchoatur, vt Sera nimis vita eſt caſtina viue hodie.

ſcãde, ſera nimis vi, teſtera. ſtina vi. uodie. dicitur a ſyn. id eſt con &
a lœphe. id eſt preſſio hoc eſt vocalium compreſſio. Q. ſi verſus fi
niatur in m. vel in vocalem, et ſequens a vocali incipiatur nulla erit
Ellipſis aut Synalœpha, prærerq; in paucis verſibus, qui hyperme-
tri dicuntur, vbi verſu finito manet ſyllaba in m. vel in vocalẽ de-
ſinens, quæ a principio alterius verſus abſumitur. Vergilius æne. x.
Hipmetri Sternitur infœlix alieno vulnere. cœlumq; Aſpicit, & dulces mori
ens reminiſcitur Argos. primi verſus pes ſextus eſt cęlum, hinc ma-
net ſyllaba que in vocalem deſinens. quam principiũ ſequentis ver
ſus abſumit, nam ſcanditur quaſpicit &c. ita dices de ſimilibus. & hi
verſus liciti ſunt cuilibet, dũmodo parciſſime adhibeantur, quales
hic paucos ſubiecimus. Vergi. in. ix. Omnia longæuo ſimilis vultũ
q; coloremq;, Et crines albos. Iuue. Saty. vi. Nupta ſenatori comita
ta eſt H·ppia ludiũ Ad Pharon. ita lego cum Badio, nõ cum Man-
cinello, ludum pro ludiũ. Vergi. ij. Gæorgi. Inſeritur vero ex fœtu
nucis arbutus horrida. Et ſteriles platani. Et Gęor. i. Aut dulcis mu-
ſti Vulcano decoquit humorẽ. Et folijs vndam. Sil. li. iiij. Tyburtis
magios h·ſpallatemq; Metaurũq;. Et damũ dubia meditatus cuſpi
de vulnus. ¶ Hypermeter igitur verſus, eſt, qui poſt debitos ſibi
pedes, habet ſyllabã a principio ſequentis verſus abſumendã, dici-
turq; ab hyper. i. ſuper, & metron. id eſt mẽſura, quia vltra ſuã men-
ſuram ſyllabã continet, quã (vt dixi) neceſſe eſt in m. vel vocalẽ de-
ſinere, ſequẽti verſu a vocali incepto, niſi fiat ſynęreſis. hoc dicit Ser
uius in illud Verg. ænei. i. Quibus orbis in oris. lactemur doceas, i-
gnari hominũq; locorũq; Erram⁹. Diomedes quoq; ſic ait Obſer
uatur autẽ in heroico verſu ne vltimus pes ſit triſſyllabus, exceptis
pauculis verſibus qui hypermetri dicũtur, quorũ abundantiã exci-
piunt hi verſus qui ſequũtur, a ſynalœpha ratione rhithmica facta,
eo ꝙ factũ vitium qđ erat in fine verſus, cõtinuatio ſequẽtis emen-
dat. neq; ſolũ cõtingit id hexametris, ſed etiã Sapphicis & pluribus,
nunq; tñ id vidi in pẽtametris. Hora. iiij. car. in. ij. Ode. Plorat & vi-
res animũq; moreſq;. Aureos educit in aſtra nigroq; inuidet orco
Hic duo ſunt hypmetri. Idem. ij. car. ode. xv. Mugiũt vaccę tibi tol-
lit hinnitũ Apta quadrigis equa &c. ꝓpter dicta mal⁹ eſſet ꝟſus. Vt
me defendã dones arcumq; ſagittaſq;, Sic ero latronis tutus ab in-
ſidijs. neq; eñ ſequẽs verſus a vocali inchoatur & ſi poſteriuſq; tol
leres, latinitatẽ læderes. Nam q; cõiunctio niſi gemiata in medio nõ
Que con- ponit, vt meminit Valla in libello de ſui & ſuus. Ideo ineptũ eſt A-
iunctio. lexandrinũ illud. cuſtoſq; ſacerdos &c. Coniunctio quoq; diuerſa
coniũgit, ideo male dicitur. Iunxerũt dextra dextræ lateriq; latuſq;

Deformes rugis vetulȩ gelidiq; ſeneſq;, quia ſuperfluũ eſt in vtroq; vltimũ que. Sed quęret hic qſpiam, nõne hoc excuſat poetica licentia? Nam poetæ plęrũq; aliquid pro ſupplemẽto verſus addiſſe cõperiũtur. Verg. i. æne. Multũ ille & terris iactatus & alto, ille teſte Seruio, vacat poſitũ, vt ſtet verſus. In eodem libro, Mlta quoq; & bello paſſus. hic ait Seruiꝰ, duas coniũctiones ſeparatas naturaliter nõ coniungimus, niſi metri neceſſitate, ergo vna vacat. ſiĩa ſępe notat Seruius, ſed ſi caute reſpexerimus, vix repiemus quicq; in Vergilio penitus ſupuacaneũ. Vitabimꝰ itaq; ſupfluas cõiunctiones, & quęuis inania verba parũq; ad rem ptinentia. Polyſyntheto & aſyntheto ſi res expoſtulat, recte vtemur, ſed polyſyntheto rariꝰ. Verg. Panaq; Syluanũq; ſenẽ nymphaſq; ſorores. Idem Ferte citi ferrũ, date tela, ſcãdite muros. Obſeruãdũ quoq; eſt Seruij documentũ in illd' æne. i. Vi ſuperũ ſęue memorẽ Iunõis ob irã. hic ait Seruius, inuenies ſępe ꝑ actiuis paſſiua poſita, vt, pictis bellant Amazones armis. aut cõtra vt. Populatq; ingentem farris aceruũ. hęc variatio vel potius cõtrarietas, repitur in alijs ptibus orationis, vt ſit nomẽ pro aduerbio, vt hoc tunc oipotens cœlo deſcẽdit ab alto, pro huc, ſic in participio, vt. Et qua vectus Abas. i. qua vehebat, & in nomine. vt hic memorẽ non quę meminerit ſed q̃ in memoria erat. hęc nos imitamur, ſed noua ad illorum exempla non formamus, hæc Seruius, quæ ſunt valde contra eos qui maiori licentia abutuntur in libello, ꝙ Vergilius in tota æneide. Non ſum adeo obtuſus, vt neſciam poetas mlta licenter dixiſſe, veluti Vulcanum pro igne, Venerem pro amore, abietem pro tabellis, pocula acheloia, pro quibuſuis aquis, raucum clamat, pro rauce, Pars ſecant pro ſecat, vos o Calliope aſpirate, pro tu calliope, teſte Seruio, de hoc tamen in ſyntaxi diximus, & ipſa præneſte, quia intelligitur illius appellatiuum. Cybelle pro Cybele, & id genus alia ꝙ plurima, quorum quędã nunc Veneri ducuntur. Non tamen licet vſq; adeo licentiã protendi quaſi liberum ſit, cuiq; ſcriptori, relictis grammaticæ præceptis omnia pro voto confundere, Etenim (vt ex pulchro Seruij præcepto didicimus) in licentia magis inuentis ꝙ inueniendis vtimur. Ex dictis liquet mlto liberiorem eſſe in loquendo poetam ꝙ oratorem aut hiſtoricum. quod oſtendit Quintilianus in lib. i. de inſtit. orat. Auctoritas ab oratoribus vel hiſtoricis peti ſolet. Nam poetas metri neceſſitas excuſat. hæc Fabius. Quidam grammaticorum contemptores, volunt omnia ſibi licere, omnia iudicio aurium penſiculantes, ex auctoritate Gellij. Verum hij vehemẽter errant, nam ſolis doctis auribus mos gerundus eſt. Doctæ aures ſine notitia gramma-

Exundãtia metri gratia.

Licentia poetica.

Aurium iudicium.

ticæ nullę ſunt. ſcribēdi recte ſapere eſt & principium & fons. an nō
credis Chœrulum aureis ſuas cōſuluiſſe, conſuluit certe ſed indoctę
erant. Quicquid doctis auribus placet, bonum eſt, ſed id quærendū
eſt an omniū aures doctę ſunt. veterum auribus multa placuerunt,
quæ Vergilij auribus diſplicuere, niſi admodū parce in paucis. Sūt
(inquit Martialis) qui attoniti legūt terrai frugiferai. Actius & quic
quid Pacuuiuſq; vomunt. Si pro cuiuſq; aurium iudicio conficien
da ſit oratio, infinitus erit ſcribendi modus. Errāt itaq; homines, ne
q; enim voluit Gellius aut Probꝰ apud Gelliū, omnia pro aurium
iudicio moderanda (vt iſti moderari volunt, quo ignauiam ſuam
excuſent) ſed dixit ſi diuerſæ ſint voculæ ſynonymæ, interrogabi-
mus aurē quo quid loco magis locari deceat, veluti an rectius treis
partes, an tres p̄tes dicemus &c̄. Multa profecto vitāda ſunt in car-
mine, a me & alijs grammaticis diligētiſſime in diuerſis locis decla-
rata, q̄ contēptores iſti grāmaticoꝝ ſine grāmaticoꝝ p̄ceptis minīe

Vitia carminis.

queūt vitare itaq; ſemper Marſi ſunt nunq; Vergilij, afferā nunc de
vitijs pauxillula. ¶ Ergo in carmine fere eadem vitantur quæ in
proſa, vt ſermonis ambiguitas & inepta adiectiui a ſubſtātiuo, no-
minis a cognomine, recti a verbo, dictionis regentis a recta, decla-
rati a declarante traiectio. Earundem literarū vel ſyllabarum prę ſer
tim longarū dura concurſio. veluti · has res o luci ad. ſcriptas mi-
ſimus æli, Carmina manca canis. O fortunatā natam me conſule
romā. Caſus caſſandra canebat. Exiret mentes fraternas grata ma-
lis lis. O tite tute tati tibi tanta tyranne tuliſti. Vbi m. crebra eſt Meta
ciſmus dicitur, vbi l. Labdaciſmus. vbi i. Ioraciſmus. vbi vero ſ. Po
lyſigma. Exempla. Mihi male maximam miſeriam multiplicaſti.
Sol Lunaq; luce lucent alba leui lactea. Iunio Iuno Iouis iure iraſcit.
Soſias in ſolario ſoleas ſarciebat ſuas. Eſt tamen vbi ſibilo opꝰ eſt,
veluti ſale ſaxa ſonabant. Idem poeta artificioſe r. literam frequen-
tem poſuit vt ſtridorem exprimeret, vt de Orōtis naui tempeſtate
obruta, Torquet agens circum & rapidus vorat æquore vortex.
Idem At tuba terribili ſonitu procul ære canoro Increpuit. vbi im-
petum & vehementiam maiorem ſignificans vſus eſt creberrime
dactylo, vt alibi. Quadrupedante putrē ſonitu quatit vngula cam-
pum. & in ſecundo. æneid. Conuellimus altis Sedibus impulimuſq;
ea lapſa repente ruinam Cum ſonitu trahit & danaū ſuper agmina
late Incidit. Vitabis itaq; Pleonaſmū, Periſſologian, Macrologiā,
Amphibologiā, Tautologiā, Cacophatō &c. licet poetę non ſem-
per vitauerit in magnis opibus. Item verſus Leoninos, vt. Aethio-
pū terras iam feruida torruit æſtas, frequētes vitabimus, interim ta-

men non inuenuſte interſerent. Vergi. Caua tempa ferro Traijcit. I
nunc & verbis virtutē illude ſupbis, ſic apud oēs alios parce inſper
ſos cernes. Hęc igit iam dicta vitia fugiēda ſunt, non tamē adeo qn
interdū afferant elegantiā & iucunditatē carmini. Nam vt Diome-
des ait) plærūq̧ etiā nimiæ artis opinio fugiēda eſt, & interponēda
ſimplicitas rudis atq̧ imperitæ dictionis, non propter hoc ſolū, q
in oibus rebus nimiū lenociniū odio dignū eſt, ſed q plærūq̧ acri
bus ſenſibus maior iucūditas. ſi naturaliter proferat. Semp eupho-
niæ inuigilandū eſt. quia (vt idem auctor inquit) euphonia in dicti-
onibus plus interdū valet q̧ analogia vel regula pceptorꝶ. ¶ Ser-
uius in illud ęne. iij. Progredior portu claſſes & littora linquēs, ait. Fi
nitus eſt verſus pticipio, qd raro fit apud latinos, apd gręcos eſt vi
tioſiſſimū. hoc preceptū Seruij nullo modo verꝶ eſt. Nam q̧ vitio
ſum eſt apud græcos, neſcio, certe apud latinos eſt frequentiſſimū,
neq̧ eſt aliquo modo aſymphonia vel Cacophaton, hoc eſt incō-
ſonantia, aut malus ſonus. Verg. Hęrbas contundit olentes. Et ſum
ma papauera carpens. Syluaſq̧ ſequentes. Suaue rubenti. Iamq̧ vi
denti. Vidi cum matre legētem, Sub nocte canentē. Sub rupe iacen-
tem. Et grandia lilia quaſſans. Cui prima frementē, Iam brachia cō-
trahit ardens. Glæbaſq̧ iacentes. Syluamq̧ ſonantem. Lapideq̧ re-
uertēs. Retinacula tendēs. ſic idem alibi perſępe. ſic Catullus, Ouidi-
us, Propertius, Horatius, cæteriq̧ plus millies, ideo Seruiū hæc di-
xiſſe vehementer miror. Ridiculꝰ nimis eſt in multis Alexander vt
in xij. lr. ſiue (vt Alexādrinis placet) cap. vbi fatue ſic precepit de Sy-
nalœpha & Ellipſi. Viles ſunt iſtæ præ cunctis et remouendæ. Etem
licet hæ figurę videri poſſunt duriores, tamen vbi aut languorem,
indicamus, aut rem tardiorē, vel magnā, plurimū venuſtatis affert.
Verg. Monſtrū horrendū informe ingens cui lumē ademptū, non
potuit melius Polyphemi mōſtroſitas. pictura indicari q̧ hoc vſu.
Idem nec dum etiā irarū cauſæ ſęuiq̧ dolores Exciderāt. Magnam
igitur grām habet hęc colliſio, vbi hiatu & magnifica platiōe opus
eſt. ſiquidē (vt Cicero ait) habet ille tanq̧ hiatus & concurſus voca-
lium molle qddam, & qd indicet nō ingratā negligentiā, de re hoīs
magis q̧ de verbis laborantis. ¶ Ellipſis & Synalœpha, duriores
ſunt in principio verſus a monoſyllaba incepti, ſed poetę nō ſemp
refugert. Tu ſtudeb vitare quantū potes. Qui ipſe ſui nati minxerit
in gremiū. Hor. Nam vt ferula cędas meritū maiora ſubire Verbe
ra nō vereor. Martianus Capella. Quę iſtorꝶ laudēs ptulit harmo-
nia. Idem apud alios quoq̧ ſed pce inuenies, ideo rariſſime imitare,
monoſyllabæ nāq̧ interēptio nunq̧ bene ſonat. Itē duriuſcula pu-

Alexādri erratū in ſynalœpha & ellipſi.

Ellipſis.

tat̃ colliſio in q̃nto pede exametri, & in anapæſtis pentametri, p̃ſer-
tim ſi ſit Ellipſis. poetæ tñ non ſemper obſeruant. Iuue. Loripedẽ re-
ctus derideat æthiopẽ albus. Sic alij quoq;. Tu caueto niſi forſitã ra
riſſime, q̃a (vt ſæpe dixi) nęuulus elegãti corpori non turpis eſt.

### Vocalis nõ abſumpta ſed correpta tantũ

**Non perimens longam raro breuiare poeta**
**Conſueuit, veluti ſunt inſulæ ore canendæ**

Vt diximꝰ aliq̃n m nõ p̃imi. Priſcia. in p̃ihegeſi. Et formã cõtra po-
ſitaꝝ imagĩe coni, ſic vocalis añ vocalẽ nõ ſemp̃ abſumit̃. ſed aliq̃n
ſolũ corripit̃, q̃d notãdũ magis q̃ꝫ imitãdũ cẽſeo, Verg. in Buco. Et
lõgũ formoſe vale vale iq̃t Iolla. Idẽ. Credimꝰ an q amãt ip̃i ſibi ſõ
pnia fingũt. Et alibi. Victor ap̃d rapidũ Simoẽta ſub Ilio alto, Priſ-
cia. in p̃ihegeſi. Nũc magno nobis ſũt inſulę ore canẽdæ, Verg. Inſu
læ Ionio in magno q̃s dira Celeno. Idem. Clamarẽt vt littus Hyla
Hyla oẽ ſonaret. ſic plura inuenies tam p̃ce in tãto opere imitãda.

### Vocalis ante vocalem immutata.

**Id mirare magis, vocalem nil variatam**
**Interdum cernes velut Ionio immenſo**

Aliquando vocalis manet inuariata, ſed id quoq; notandũ magis
eſt q̃ꝫ imitandũ. Ouidi. lib. iiij. Meta. Iactari quos cernis in Ionio im-
menſo. verſus eſt ſpõdaicus. Vergi. in bucol. Et ſuccus pecori & lac
ſubducitur agnis. alij tamẽ legunt. Et pecori ſuccus &c. Marti. lib. xi.
Clamant ecce mei Io: ſaturnalia verſus. Verg. iiij. ęne. Lamẽtis gemi
tuq;, & fœmineo hululatu Tecta fremunt. Sedul. Crediteiam miſe-
ri aduenict dominus. Verg. Amphion Dircęus in Actæo Aracyn
tho, ſimilia apud Ouid. in Meta. multa leges. Verg. i. æne. Poſthabi-
ta coluiſſe Samo hic illius arma. Martial. lib. ij. Pontice cum lycino
hic quoq; magnus homo eſt. Iuue. Sat. ij. Si fur diſpliceat Verri, ho-
micida Miloni. Vergi. Clamaſſent vt littus hyla hyla om̃e ſonaret,
notum eſt hęc ſimiliter poſſe defendi vt ſuperiora. in quibus tñ grã
matici voluerũt h. aſpirationẽ, conſonantis vim obtinere, vt apud
Vergi. ix. ænei. Terga fatigamus haſta nec tarda ſenectus. & lib. vij.
Feruida pinũ Suſtinet, ac natę Turniq; canit hymenęos. et li. x. Graiꝰ
homo infectos linquẽs p̃fugus hymenæos. Verũ hæc facile ſoluũ-
rur, quia in omnibus cæſura eſt cuius licentia in ſimilibus locis bre-
uis ponit̃ apud Vergil. Grauia ſectoq; elephanto. Grauidus autum
no. Omnia vincit amor, H igitur tantũ aſpiratio eſt. Horatiꝰ. Quo
me cunq; rapit tempeſtas deferor hoſpes. vt ut eſt notãda ſunt non
imitanda exempla, vbi vocalis ante vocalem, aut aſpirationẽ non

H. aſpira. tantum.

abſumitur. niſi tam parce in tanto opere, vt ea quæ nunc ſubijciam vbi vocalis correpta naturaliter non adimitur. Vergi. i. æne. Et vera inceſſu patuit dea, ille vbi matrem. Catul. Saltū laudemus, dummodo ipſe egeat. Emendatiores libri habent, dum tamen ipſe egeat. Vergili. ænei. ix. Rumpe moras omnes turbataq; arripe caſtra, hæc tria teſtimonia adduxit Mancinellus, cui in vltimo aſtipulatur Nicolaus Ferettus repræhendens eos qui legunt, Rumpe moras omnes, & turbata arripe caſtra. quia ignorant (inquit) illud a Seruio dictum in .ij. æneid. vitioſum eſſe cæſuram cadere in Synalœpham. Etiam ignorant q; coniunctionem communem eſſe tam ſequente conſonante q̄ vocali, vt ait Seruius in tertio æneid. Liminaq; lauruſq; dei. Ouidius. Et bis Io Arethuſa Io Arethuſa vocauit. Claudianus. Tum vaga humorum grauitas. &c.

## O & heu.

**Heu o non perimes, at o interdum breuiabis.**

Vbicūq; vocales integræ ſunt dictiones nunq̄ mutantur ante vocalem, teſte Sulpitio, vt. i. e &c̄. Ego tantum teſtimonium inueni de o aduerbio & interiectione, & ferme producitur. vbi eſt vocādi aduerbium, interdum corripitur. heu quoq; non interimitur ſed ſemper producitur. Tibul. lib. ij. O ego ne poſſem tales ſentire dolores. Ouid. in Epi. Penelopes. O vtinam tunc quum Lacedæmona claſſe petiſſet, Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Horat. Tonſori lycino cōmiſerit o ego læuus. Idem. O & preſidium & dulce decus meū, aſclep. eſt. Propertius lib. iiij. Egerat a ſtabulis o Erythrea tuis. Ouid. xiiij. Meta. O & de Latio, o & de gente Latina, Præcipuum matrona decus. vbi etiam in latio, vocalis vltima ſine interemptione perſtat Vergili. in buco. Te corydon o Alexi, trahit ſua quemq; voluptas. Propertius libro ſecundo. Tu quoq; o Eurythion vino centaure periſti. Ouidius Faſto. tertio. Heu vbi pacta fides, vbi quæ iurare ſolebas? Papi. libro quinto Theb. Heu vbi nunc furiæ. Idem licere puto in hei & ah ſi opus fuerit.

## Vocalis ante vocalē in eadem dictione abſumpta.

**Vocalem perimunt plerumq; in nomine eodem,**
**Sic Maro docte refers, aluearia vimine texta.**

Synalœpha fit nōnunq; in eadē dictiōe. Oui. Notus amor Phedræ, nota eſt iniuria Theſei. ſed tunc ſynæreſis potius dicit̄ ſiue epiſynalœpha, q̄ eſt conglutinatio duar̄ ſyllabar̄ in vnā facta, vt pāthus p pāthous. Epiſynapto. i. cōiūgo. ſynereſis. i. cōplexio vl' cōtractio, a ſyn. i. con, q̄d coniūctionē indicat, & hereſis diuiſio, quaſi diuiſor̄ Epiſynalœphaſis. Synereſis.

Hereſis. Ortho graphia. Deſpauteriana.

coniūctio, vt Alcinus pro Alcinous, bini pro biuni, ſynæreo. i. cō-
traho vel coniūgo. hęreſis aſpirať qđ indicat aphęreſis, ideo qdam
ſynhęreſis, dihęreſis &c̄. aſpirāt. Ego puto ſine aſpiratione recte ſcri-
bi ſynæreſis, vt Philippus, de qua re in orthographia dicā ſi CHRI
STVS cum ſanitate vitā cōceſſerit. ¶ Synęreſis eſt duarꝫ vocaliū
in vnā contractio naturaliter diuiſarꝫ, vt Theſei, Phaetō, Tereo, au
reꝰ, triſſyllaba ſunt. aliqn̄ tn̄ metri cauſa vt diſſyllaba, ꝓferunť. Nūc
oīa latius per doctiſſimorꝫ poetarꝫ teſtimōia oſtēdemus. Propertius
li. iij. O centū ęquoreo Nereo genitore puellæ. Vergi. in Buco. Nec
tm̄ Rhodope miratť & Iſmarus Orphea, Quantū oīs mundus gau
det cātante Sileno. Et alibi. Lege ſub Euriſtheo fatis Iunonis iniquæ.
Sido. in epithalamio Polemij. Hic rotat excuſſum vibrans in ſyde
ra Pyndū. Encheladus, rapido fit miſſilis oſſa Typhoeo. Porphy-
rion, &c̄. Iterꝫ Verg. Furtūq; Promethei. Idem, Aiacis Oilei. Propt.
Non ſic Hęmonio ſalmonida mixtus Enipeo. Oui. in. vi. Meta. D
generas ſcelus eſt pietas in coniuge Tereo. Nec mora traxit Ityn. In
his oībus fit ſynęreſis, ut reliqs obliquis noīm in eus per eu dipthō:
vt aūt hæc ſynæreſis non eſt paſſim admittēda, ita nec penitus refu-
gienda, ſed ꝟſibus parce inſerēda, quādoquidē nemo poetarꝫ eam
contēpſerit. ¶ Quod aūt ſynęreſis fuerit in datiuo typhoeo, ſatis li-
quet, quia typhoeus in eus deſinit per eu diphthongō, vt Orpheus,
non in ęus typheus per æ dipthongū vt Matthęus, quēadmodū re
cte docet cōtra Tortelliū, Neſtor nouarięſis, quia ſolū nomē in eus
per vnicā ſyllabā habet a in actō ſingulari ſecūdæ declinationis, vt
theſea, orphea, perſea &c̄. eſt itaq; typhoeus triſſyllabū, ſcđa ſyllaba
eſt pho, tertia eus, quod liquet, quia actūs eius in a eſt tetraſyllabus.
Oui. v. meta. Aethereas auſum ſperare Typhoea ſedes. Ibidē. Emiſ-
ſumq; ima de ſede Typhoea terræ, Cœlitibus feciſſe metū, & paulo
poſt. Huc quoq; terrigenā veniſſe Typhoea narrat. Ergo apđ Ver.
pri. Gęor. Cęūq; Iapetūq; creat ſæuūq; Typhoea, Et cōiuratos. hy
permeter eſt quia vocaľ ſequiť, apud Ouidiū vero lib. iij. Nec quo
Cētimanū deiecerat igne Typhoea. Nunc armať eo, nimiū feritatis
in illo eſt. ſynęreſis eſt quia ſequēs verſus a cōſonāte inchoať, ut apđ
Vergi. in nomine oīa in. vi. ęne. Bis patriæ cecidere manus, quin ꝓ-
tinus oīa Perlegerēt oculis. hęc vera & antiqua lectio eſt, teſte in hūc
locum Badio. Petrus Crinitus lib. xxij ca. vij. dicit eſſe ꝟſum dacty
licum qa (vt ait) ſextus pes eſt dactylus. ¶ Secundo fit ſynæreſis in
poſſeſſiuis in eus penultima correpta, forſitan & in ꝓductis, ſed te-
ſtimonia nulla habeo. Oui. xij. meta. Barba erat incipiēs barbæ co-
lor aureus, aureaq;. Ex humerꝫ medios coma depēdebat in armos.

Synęreſis in poſſeſſiuis in eus.

vbi etiā hypermeter eſt & ſcandit Aureus. aura Quex humeris &c. Verg. Ferreiq; Eumenidū thalami & diſcordia demēs. Petrarcha li. v. aphricæ. Dum ſubterraneo tremuit pia Roma tumultu. Verg. i. æenei. Atria dependēt lychni laquearibus aureis. ſic plūbeis & ſimilia inuenies. Fit idem in nōnullis alijs. Verg. iiij. Gæor. Seu lento fuerint aluearia vimine texta. Tibul. lib. ij. Rure leuis verno, flores apis ingerit alueo. Compleat vt dulci ſedula melle fauos. hic ē apis pro apes. Claudi. Theodoſius priuatus adhuc. Lactātius. Duodecies vndis irrigat omne nemus. Vergi. Fixerit aeripedem ceruā. non poteſt eſſe proceleumaticus contra multos, quia aer primā producit. Aeripes. i. leuis quaſi aereis pedibus. Dicitur quoq; ab æs ęripes. i. æreos pedes habens, ſic volunt ſumi apud Ouid. in epiſt. Narrat & æripedes Martis araſſe boues. Marcus manilius lib. ij. Duodecatemoriū conſtat biſſenaq; cuncta. hęc parciſſime imitabimur, & tum carmē etiā exornabūt, vti quod nūc ſubijcio. Prop. lib. iiij. Eoſdem habuit ſecum quibus eſt elata capillos. Eoſdem oculos, lateri veſtis aduſta fuit, mēdoſi codices habēt hoſdē hoc non cōſiderantes. Tortellius, Sulpitius, & multi alij ſecundā in ablatiuis eodē & eadem dixerunt aliquādo corripi. mecū eſt Gęor. Valla lib. xxxviij. ca. xi. ſed dictos verſus Propertij (e quibus opinio noſtra omino probatur) Gęor. nō ponit, meū eſt hoc vt alia plurima. Vergi. in buco. Vno eodēq; igni ſic noſtro Daphnis amore. Idem ęne. xij. Vno eodēq; tulit ꝑtu. paribuſq; reuinxit Serpentē ſpiris. Et alibi. Vna eadēq; via, ſanguiſq; animuſq; ſequūtur. Proper. li. i. Hoc eodē ferro ſtillet vterq; cruor. Idem lib. iij. Hac eadē rurſus Lygdame curre via. Calphur. eglo. iiij. Rupe ſub hac eadem quā proxima pinus obumbrat. Cato. Nō eodē curſu reſpōdent vltima primis. Hos auctores poterimus ꝑce imitari, quia ꝑce vſi ſunt, vt qđ diximus alibi de tenuis. Lucr. Mittūt efficies quoq; debēt mittere tenuis. Idem. Tenuis em̄ mens eſt & mire mobilis ip̄a. Rufus Feſtus in arato. Tenuia & anguſto lumē iacet ore ꝑ ęthrā. Sta. Obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu. vbi ꝓpter tot breueis duæ vocales abijciūtur, qđ rariſſime repies niſi ſit diphthōgus. Serenus. Ebibe ſeu ſalibus piper adde & tenue cuminū. Synęreſis in ijs quæ om̄ibus licentin lectione ſequēti docebitur.

## Synæreſis nulli vitanda.

Om̄ibus iſta licēt huic, cui, dij, dijs, quoq; dehinc, dein
Proin, deeſt, ſemianimis, ꝓut, deorſum p̄hēdere, ſeorſū,
Sic ij, ſic ijſdem, quædam diuiſa leguntur.

Vergi. Huic coniūx Sichæus erat, In hoc & in cui i. eſt conſonās, te-

ſtibus Sulpitio & Hebriſſenſi, ex Priſci. huic interdũ diſſyllabum eſt
**Huic.** Sido in. iij. panægyrico. Aſſurrexit huic, coxit quot torridus auſter.
Pius Baptiſta in hunc locũ ait diſpeſci quãdoq; bipertileq; vocẽ ſie
ri huic. Priſcia. auctor eſt Papiniano teſtimõio. Serus huic voto vi
deat dare thura nepotes. ſic legit recte Pius, licet vulgus grãmatico
rum legat, Letus huic dono videas dare iura nepotes, Papi. in ſyluis
**Cui.** Falſus huic pẽnas &c. Rufus Feſtus. Finis huic gades ſeptenaq; gur-
gite vaſto. ¶ Vergi. Cui pendere ſua patereris in arbore poma.
ſic compoſita. Ouid. iiij. Triſt. Cur quoties alicui chartę ſua vincula
dempſi. Hora. Non cuiuis homini cõtingit adire Corinthũ. diuidit
interdum. Albin⁹. Ille cui ternis capitolia celſa triumphis. Manilius
**Dij** lib. iiij. Sic erit & ſedes fugiẽda, petenda cuiq;. ¶ Oui. ix. Meta. Dij
melius, dij nempe ſuas habuere ſorores. Verg. Dijs aliter viſum. In
proſa ſunt diſſyllaba ex ſingulari dius, vnde eſt mediuſſidius. nam
ſynereſis ꝓpter carmen ſolũ inuẽta eſt. nec extra carmẽ duę vocales
in vnam ſyllabã contrahunt niſi per diphthongõ. quę in dij & dijs
nulla eſt. aliud eſt de bini bigæ, quia hic vocales quędã penitus extri
tæ ſunt, quæ vti non ꝓferuntur, ita nec ſcribũtur. nam integra ſunt
biuni bijugæ, neq; ſimile eſt de huic & cui, in quibus proprie ſynęre
ſis nõ eſt, ſed naturaliter monaſyllaba ſunt, vt dtũs ei in ꝗbus i con
**Ei.** ſonãs eſt, vt in huius, cuius, eius. Ei tñ ad differentiã interiectiõis (vt
Priſcia. ait) ſæpe eſt diſſyllabũ. Catullus de Emylio. Non (ita me dij
amẽt) quicq; differre putaui. hic dij rectius eſt diſſyllabũ. ſcd̃o i inter
**Dehinc.** empto. dei & deis ſcd̃m rectã declinationẽ ſępe legunt, vt in declina
tiõibus declaramus. ¶ Iuue. Sat. xv. De hinc clamore pari cõcur-
rit & vice teli Sęuit nuda manus. ſæpiſſime diſſyllabũ eſt. Sil. lib. vi.
**Dein cũ ſuis.** dira dehinc in bella ruit. & li. x. Fama dehinc gliſcẽte ſono iã ſydera
adibat. ſic leges in Pap. Verg. Hor. Auieno cæteriſq;. ¶ Dein. cum
ſuis, deinde, deiceps. Verg. Expiar, tu deinde iubeto certet amyntas.
**Proin.** Hor. Redde age q̃ deinceps reſiſti. ¶ Proin vñ proinde. Verg. Pro
**Proinde.** inde tona elogo. Deeſt ſic deerã dees, deero deeſſem deeſſe &c. Sil. li.
**Deeſt deerat. &c.** vi. Nec cerner deerat fruſtra ſeminecũ querẽtia lumina cœlũ. Mar.
li. viij. Sint Mecœnates nõ deerũt, Flacce Marones. Luca. li. iiij. Non
**Semianimis. & ſimilia.** deeſt plato ieiunus venditor auro. Idẽ. Quicq; fluat multo nõ deerit
corpe ſanguis, ſic Verg. Oui. cęteriq;. ¶ Semianimis, ſemihõ, ſemiũ
cia, ſemiermis &c. in ꝗbuſdã i ne ſcribit ꝗdẽ, nam ſemũcia ſępius le-
go q; ſemiũcia. Ver. ſemihoĩs Caci facies quã dira tegebat. Oui. Fri
gidior glacie ſemianimiſq; fui. Idẽ ſemiuſtãq; facẽ vigilata nocte vi
ator. Sil. xij. Semiermęq; manũ ſternendã obiecerat hoſti. ſic ſi'ia in
uenies pͥma. Prout apd̃ Hor. legi, & q̃ad vt ſcãdatur prut, quad. ſic

meip̄m teip̄m anteit p̄it. Deorsū̃, ſeorſum in Lucre. ſunt freq̄ntia. in
alījs nō inueni, apᵈ eundē deerro deerras. v̄bū̃ primę ſit r p ſynęre-
ſin ꝓfert. hui interiectio monoſyl. ē teſte Nicolao feretto. ¶ Pręhen
do tā notū̃ ē vt extrita diphthōgo. p̄ndo ſcribat. ij, ijs, idē, ijſdē pl'r
declinata. Ver. ſidē vēturos tollemꝰ in aſtra nepotes. fecit id in femi — Ii ijdem
neo gn̄e Philel. in q̄rta q̄rtę. Neſcis qbus eę flagrātibus ardēt. beſtio — ijſdem.
lę flāmis. Oīa iā dicta p̄ter huic, cui, in ꝓſa vocalibus diuiſis ꝓferūnt — Eæ.
et in carmīe ſi opus fuerit quicq̄d Alexādrini et alij q̄dā garriūt. hęc
eſt mea opinio. rō mea iam ſatis liquet, vbi de dij & dījs loq̄mur.

## Diæreſis.

Scandere ſi bene vis, tu noſce diæreſin apte.
Ex vna per quam duplex fit ſyllaba ſemper.
Sic ſyluæ Vates lyricus triſſyllabon effert.

Diæreſis eſt vnius ſyllabę in duas diuiſio, vt ſyluę diſſyllabū̃ eſt ſed
Vates lyricus. Horatiꝰ per treis ſyllabas ſyluę dixit, ideo noritia hu-
ius figuræ ad ſcanſionē neceſſaria eſt dięreſis. i. diuiſio, diæreo. i. diui
do. Nunc videamus in qbus dictionibus ſæpius eſt diæreſis. Ergo — I & u. vbi
i & u p̄poſitæ in eadē ſyllaba reliquis vocalibus, vel etiā ſibi, conſo — vocales
nantes efficiunt, nec vocaliū̃ vim retinēt, ideo diphthongū̃ non ef- — vbi cōſo-
ficiūt vt Ianua, Ieiunus, traijcio, Iocus, Iuppiter, vanus. Venus. vinū̃ — nātes ſunt
voueo. vult interdū̃ tamē per diæreſin vocales efficiūtur omnino
licenter nuſq̄; niſi parciſſime in tanto opere id imitandū̃ eſt. Plautus — Iam.
in prologo Aſinariæ. hoc agite ſultis ſpectatores nūc iam, v̄ſus eſt
Iambicus trimeter, in quo iam diſſyllabū̃ eſt, quod apᵈ alios nuſq̄; — Inuidia.
inueni. Verg. Iam noua ꝓgenies &c. Terēt. in And. Sine inuidia lau
dem inuenias & amicos pares. hic teſte Priſciano, Inuidia pentaſyl- — Syluæ.
labū̃ eſt. verſus Terentij eſt Iambicus trimeter, cuius primus pes eſt
tribrachus, nec aliter ſtare poſſet, vt li. i. dicit Priſcianus. Hor. in Epo — Soluit.
do. Niueſq; deducunt Iouē. Nunc mare nūc ſyluæ. hic teſte eodem,
ſyluæ triſſyllabū̃ eſt. namq; dimetrū̃ iambicū̃ eſt, coniunctū̃ pētemi
meri heroicæ. qᵈ aliter ſtare non poteſt, niſi ſyluæ triſſyllabon acci-
piatur. Soluit (vt idem auctor notauit) triſſyllabū̃ eſt in hoc Phaleu
cio Catulli ad paſſerē, Q̄ zonā ſoluit diu ligatā. Subiungā ipſe plu-
ra huius rei teſtimonia vbi u conſonās fit vocalis. Oui. Nūc quoq;
te ſaluo perſoluēda mihi. Catullus de coma Berenices. Condita q̄n
veri pectoris euoluā. Ouid. in epiſt. Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos
¶ Hæc de ſoluo & voluo ſunt admodum frequentia Catullo, Ti — Euoluo. u
bullo, Propertio, Ouidio, ideo non prohibuero ſi parce admiſeris — liquidum.
¶ Secundo u poſt g. & ſ. quandoq;, & poſt q ſemp̄ liqueſcit. id eſt

nec vocalis nec conſonās haberi poteſt, nec penitus nulla litera, ne-
Suaue. q; em̄ profertur vt vocalis, nec penitus ſupprimit̄, ſed quaſi langui
Suaſit. diori quodā ſono raptim pronūciat̄, vt languor, lingua, aqua, ſua-
deo, ſuauis. V in aqua, vocalis proprie non eſt, quia dyſſyllabū no
men eſt, ergo u. & a. in eadē ſyllaba locātur non per ſynæreſin, non
per diphthongō, non eſt igitur vocalis. neq; conſonās eſt. quia pri
or in aqua ꝓduceret. In ꝗbuſdā locū habet diæreſis. Verg. de liuore
Non lux non cibus eſt ſuauis illi. Phal. eſt. Sta. i. theb. Immo agite &
poſitis quas nox inopina ſuaſit. Verg. in hortulo. Holus ſuaue mul
tiplex herbę genus. Iamb. tri. Hora. viij. Sat. lib. i Quū mihi non tm̄
fureſcq; ferę q; ſuetæ. Lucillius u vocalem vertit in conſonantē, quia
maluiſti triſſyllabū protulit, vt in verſilogo docet Mancinellus. Lu
Sueuus. cillium in hoc imitari nollem. Sueuus populi nomen, ſemper triſ-
ſyllabum eſt. Lucañ. ij. Fundat ab extremo flauos aquilone Sueuos.
Maluiſti. Nunc redarguenda eſt grāmatiſtarum & indoctiſſimorum homi
Seuerus. nūm impudentia. qui contra veritatē conantur defender̄ I eſſe con-
ſonantem in Iacobus, Ieſus, Iaſon, iaſpis, iambus & plurimis alijs.

## I vocalis vbi male putatur eſſe conſonans.

Nominibus græcis. non conſonat i vel hebręis
Quapropter dices Iacobus, Iambus, Iaſpis,
Profer Iulus, Iapis, Ioannes & Ieſſe.
Suaue q; ab indoctis laniatum nomen Ieſus.

I. litera neq; in Græcis neq; in hebræis vnq̄; eſt conſonans, vt docet
Gæor. Valla Placētinus lib. xxxviij. ca. xxx. idem docet Aelius An
tonius Nebriſſenſis, in qua per indoctos decepti ſunt. Sul. & Niger
in nomine Ieſus, de quo Niger ait. E ante ſ ꝓducit̄ vt Ięſus. ꝑter Ieſus
vbi Niger dupliciter peccat, quia Iæſus ineptū eſt exemplū, ſiq̄dem
per ae diphthongū ſcribitur, & Ieſus indoctiſſime demitur, nec exce
pit Niger plura. igitur licet Niger multa non inepte docuit de metri
accentibus, de generibus carminū, de poematis, tamē in quantitatū
regulis ne pili q̄dem faciēdus eſt. ſed ꝑgamus. Ex hac doctrina pa-
tet erraſſe Petrū Rigam in Geneſi, De quo cōcepit v̄go beata Ieſum
IESVS. & Alexandrū. Dat Ieſus um quarto, Iambo vel nulla vel ſaltē ter-
tia detur. Et cuſpis iaſpis &c. Filius Alphei Iacobi q; Maria geſcūt. &
cætera, in q̄bus, Rigam auctorē habet pardo maculoſiorē. Arator
Ieſus priore ꝓducta ſemꝑ diſſyllabū facit. Prudentius fere extrita e
l̄ra Iſus videt̄ dixiſſe, ad neutrius licētiā imitari velim. In Sedu. li. iiij.
Iob. Pręceptor miſerere. potes namq; oīa Ieſu, neſcimus an diſſyllabū ſit
an triſſyllabū. Sīliter peccāt, qui per vnicā ſyllabā Iob dicūt, aut per.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

duras Iaſon, Ieſſe, Ioſeph, Iacob, Ionas &c. Afferã nũc de pluribus te Iaſon.
ſtimonia. Oui. vij. meta. Pelle moras tibi ſeſꝑ debebit Iaſon. Hora. Iambus.
in arte. Syllaba longa breui ſubiecta vocat̃ Iambus, Baptiſta Man- Iaſpis.
tuanus. Multa ſinus et colla virẽs ornabit iaſpis. Q̃d ſi dicãt (vt ſunt
hoĩes cõtumaciſſimi & in ꝑuerſa opiniõe obſtinatiſſimi) hos ꝟſus
eſſe ſpõdaicos, ꝓbe illas bæluas irriſero ꝟſibus, in q̃bus nihil ſubter
fugij eſt. Hora. in Epodo, Ode. iij. Perũxit hoc Iaſonẽ, iãbicus dime
ter. Sido. epiſt. ix. Ferox iãbus & trochęus hactenus, iãbicus trimeter
In eodẽ li. Rarus iambo. ꝟſus eſt adonicus. Mart. li. ix. Et p̃cium ma Iacobus.
gnis fecit iaſpidibus. Claudianus ad Iacobũ mag̃rm equitũ. Per ci-
neres Pauli, ꝑ cani limina petri, Ne laceres ꝟſus dux Iacobe meos.
Valeat igit̃ Riga plurimorꝝ errorꝝ fons in Luc. dicens. Alphei Iaco Ioſep...
bus Thaddeꝰ, Bartholomeus. Iuuẽcus. Aegyptũ, cum matre ſimul
tranſportat Ioſeph. Idem. Vrget̃ monitis Mariã puerũq; Ioſephus
ſic habẽt emendatiſſimi libri, non Ioſeph vrgetur &c. Vergi. i. æneі.
Iulius a magno demiſſum nomẽ Iulo. vbi notabis i vocalẽ primi- Iulus.
tiui Iulus, eſſe verſam in deriuatiuo Iulius in conſonantẽ. quinetiã Iulius.
ip̃e Hora. Iulus, diſſyllabũ, ꝓtulit per ſynęreſin in li. iiij. car. Ode ſcd̃a.
Pindarꝝ quiſq̃s ſtudet ęmulari Iule cæratis ope dędalęa. Nititur pen
nis vitreo daturus Nomina põto. Tres Saphici ſunt cum adonico.
Idem cõtingit in Iudea & Iudæus, quia Iudas vñ hæc formãtur he-
bręũ eſt, ergo triſſyllabũ, vt Aelius Nebriſſenſis docuit. Luca. Incer
ti Iudæa dei, Hora. Vin tu Iudęis oppedere. Idem fecit Ouid. in noĩe Iudæa.
Iazyx noĩe populi, in. ij. li. Triſt. Iazyges & Colchi Metereaq; turba Iazyx.
Geteq;. Danubij medijs vix ꝓhibent̃ aquis, vbi indocti per I. Iazy-
ges legerũt. Val. flaccus li. vi. Increpat & ſtricto ſic vrget Iazygas en
ſe, hic i vocalis eſt, notauit hanc rem in. iiij. Plinij. Hermolaus barba
rus, idem fit interdum in nomine Naias. Non damnarẽ itaq; Pru- Naias.
dentium vel Iuuencũ, niſi ſemper licenter protuliſſent Ieſus. Nam
inuentis parce vtendum eſt, ſimilia fingere vix in maximo opere
niſi parciſſime licet. id cognoſces ſi veterum monumenta diligen-
ter excuſſeris. Iapyx, iapix, iapis, iapetus. & alia quædam in medijs
ſyllabis viſuntur, aut in vocali ante vocalem, Iuuencus. Dixit Io-
annes cui talia reddit Ieſus.

¶ Hæc ſunt mi Ioannes laurenti
quę tibi dicata voluimus ob veterem noſtram amicitiam, neq; em̃
opinor Pyladen vehementius amaſſe Oreſten, aut contra, q̃ ego
te & tu me amas. Fungere nunc igitur amici officio, hoc eſt totis vi-
ribus libellos noſtros defendito ab illiteratis canibus. Ego ſecundũ
librum aggredior, aſpiret cęptis. Nazara cui fœlix (vt Iuuencus ait)
patria eſt & nomen IESVS.

## Deſpauterij artis verſificatorię liber Secūdus generaleis quantitatum regulas continens.

¶Ioannes Deſpauterius Niniuita Ioanni Neuio
Hondiſcotano theologo eloquētiſſimo,&
apud Louanios Lilianoꝝ moderatori
prudētiſſimo,&ſuo p̄ceptori op-
pido q̄ꝫ venerādo. S.D.P.

ſ Ecundū artis ꝟſificatoriæ nr̄æ libellū celſitudini tuę non
verituſſum dedicare p̄ceptor mi diſertiſſime,ꝙ te(quem
parētis loco ſemp habuerim, nec vnq̄ꝫ minoris fecerim,
q̄ꝫ Appollinarē ſuū Gellius) oratorio & poetico ſtudio,
ſuccisiuis tēporibus vehementer oblectari certo ſciam. Neqꝫ enim
more aliorū theologoꝝ paucis tui ſimilibus exceptis,grāmaticam
vt tenuem cauillaris,ex cuius ignoratione,in quauis doctrina mul-
ta errorū milia irrepſerunt. Plurimi ſane ſophiſtę & agrāmati gloſ-
ſulas pulchre callent. Qui diui Hieronymi,& Auguſtini & Sidonij
ſcripta aut alioꝝ veterum theologoꝝ rite noſcant,paucos reperiri
tuo facile teſtimonio conuincā. Fęlix profecto es p̄ceptor optime,
ꝙ literaturā politiorē ſemper amaueris,quæ facit vt veteꝝ & neo-
tericoꝝ monumenta iuxta intelligas. Talis namqꝫ philoſophus es,
qualē vult architectū ſuum eſſe Victruuius, hoc eſt theologus ſum-
mus,nullius artis expers. Talis quoqꝫ eſt theologus et vere philoſo-
phus, preceptor meus venerabilis Ioannes Raethſhouen, talis ac
tantus quantū fuiſſe Taurum philoſophū predicat Gellius, Immo
maior quia theologus excellentiſſimus,cuius meminero dum ſpi-
ritus hos reget artus. Ad te redeo dulciſſime Neui,orās te( quē artis
noſtræ doctiſſimū eſſe ſcio) vt quæ videbis recte a nobis repręhen-
ſa,defendas contra imperiti vulgi abuſum. Plurima nāqꝫ aliter im-
perita multitudo, atqꝫ ego cum doctis profert, quare non ignorās
me vehementer ab imperitis vituperatum iri, huius te libelli defen-
ſorem conſtitui. Obſecro ne eſſe recuſes. id ſi impetro, omneis the-
onum & dentes & naſos facile contemnam. Vale cum doctiſſimis
viris & amicis noſtris Iodoco lęto & Martino dorpio. Ex Bergis,
x. Calendas Ianuarias anno domini. M.CCCCC.X.

## Quantitatis ſyllabariæ regularum generalium, Prima de poſitione.

Vm poſtponuntur vocali conſona bina
d Aut duplex longa eſt poſitu, quod ſi duo
ſubſint,
Finali, raro poſitu producitur illa.

Vocalis naturaliter breuis quã duę conſonantes continuo ſequun-
tur, ita vt vna conſonantiũ in eadem dictiõe cum vocali ponatur,
aut quã in eadem dictione ſequitur duplex. id eſt. x. z. vel i cõſonãs,
producitur ea vocal' poſitione, ſiue poſitu conſonantiũ, vel dupli-
cis. Q. ſi vocalis ſit vltima dictionis litera, & in principio ſequentis
dictionis ſequãtur duæ conſonantes, rariſſime producit' poſitione.
Conſonãs bis poſita pro duabus habetur, vt prima in amnis pro-
ducit' poſitiõe, ſimiliter bis vbi cõſonãs ſeqtur, vt Bis venit ad mul
ctrã. ſic rexi, gaza, aio. ſed iam latius ſingula declarabo. ¶ Dixi igit'
vocalis qa ois ſyllaba gr̃a vocalis quãta dicit'. ¶ Dixi naturaliter
breuis qa ſi naturaliter ꝑducat' non opus fuerit ad poſitionẽ confu
gere, vt vocal' in eſt & aſt, naturaliter corripit', vt liqt ex es & at. Aſt
certe poeticũ eſt, & vix recipit' niſi ſequẽte vocali. Verg. Aſt ego quę Aſt.
quæ diuũ incedo regina. Perſius tñ dixit, Aſt vocat officiũ. ¶ Dixi
ita, vt vna conſonantiũ &c. quia non oportet vtrãq; in eadem ſyl-
laba locari, verbi gratia a in at corripit', eadem ſi conſonãs in prin-
cipio ſequẽtis dictionis ponat', ꝑducet'. Verg. At regina grauis ¶ Di X.
xi aũt quam in eadẽ dictiõe ſequitur, duplex hoc eſt x z i. conſonãs Z.
Tunc em̃ vocalis poſitione ꝑducitur, X ſemper duplex eſt, vt dixi,
texi, rex, & ponitur pro cſ vel gſ. ¶ Z rariſſime ſimplex ẽ, nec vnq;
ſine auctoritate. Verg. Arma virũ tabulæq; & Troia gaza per vn-
das. Idem. Et gaza diſtabat. Produc igitur nazara, Eleazar, azymus, Perizo-
licet id cõpoſitũ eſt, teſtis eſt Mancinellus. Nebriſſenſis dicit m'lta de ma.
perizoma cõtra Alexandrũ, quod ſi inueniatur, corripit' inquit, qa
compoſitũ eſt. I duplex eſt inter duas vocales vt aio, baiulo, baiu- I.
lus. Sedulius. Venter puellæ baiulat. Secreta quæ non nouerat. duo Baiulo.
ſunt iambici dimetri, vt illud. Clauſtrũ Mariæ baiulat, ſic recte Riga
Inde viris ſanctis baiulat Ille crucẽ. Ineptus igitur eſt verſiculus. Clo
tho colum baiulat, Lacheſis net & Atropos occat. de hoc verſu ali-
quid videbis in litera o in ultimis ſyllabis. Baiulo eſt onus fero, ſunt
qui nolunt recte dici baiulus literarũ ſed tabellarius, grãmatopho-
rus. id credo eſſe verũ, vbi p̃cedẽs vocalis per cõpoſitionẽ aduenit Gramma
corripit', vt biiugus, quadriiugus, reiicio tamẽ variatur vt patebit. tophor9.
¶ Dixi poſtremum Q. ſi vocalis ſit vltima dictionis litera, &

in principio ſequẽtis dictionis ſequãtur duæ conſonãtes, rariſſime producetur poſitiõe, adeo vt vix ea poſitio ſit admittẽda, niſi parciſſime in maximo opere. Exptus loquor, perlegi em̃ omneis fere poetas, Lucretiũ, Vergi. Catullũ, Tibullũ, Propertiũ, Ouid. Hora. Maniliũ, Cicero. Germanicũ. Lucanũ, Senecam, Perſiũ, Iuuenalẽ, Martialem, Valeriũ Flaccum, Silliũ, Papiniũ, Rufum auienũ, Columellam, Palladiũ, Claudianum. Auſoniũ, Sidonium, & in his om̃ibus vix ſepties aut octies eiuſmodi poſitionẽ reperire potui, et id qdem in eis ferme locis, vbi aut dubia fuit lectio, aut cęſure licentia eſſe potuit. Concedamus itaq; aliquãdo reperiri contra Alexandri doctrinam, ſed ita vt diximus. Sil. ix. Immane ſtridẽs agitur crebroq; coacta Vulnere bellatrix properos fert belua greſſus. Luca. li. iij. Procũbunt nemora ſpoliant̃ robore ſyluæ. Verg. lib. ix. Ferte citi ferrum, date ꝥela, ſcandite muros. Iuue. Saty. viij. Occulta ſpolia & plures de pace triumphos. Poſitus eſt teſte Mancinello interprete. idem. Satyra vlti. Curabitis vt ſit Vindicta grauior q̃ iniuria dignũ erit ergo. Idem. Sat. vi. Medijſq; in naribus ingens Gibbus & acre malũ ſæpe ſtillãtis ꝗcelli. ſed alij libri habẽt ſemꝑ quod videt̃ ſenſui auidiſſime carpẽtis, rectius conuenire. Sunt qui credãt vltimã in hiſtoria naturaliter breuẽ poſitu, produci apud Iuuenalẽ dicentẽ, Hiſtoria ſpeculum &c. At fallũtur hoies, quia hiſtoria in eo loco ablatiuus eſt, qđ patet per adiectiuũ eius recenti. ait aũt Iuuenalis Sat. ij. Res memorãda nouis annalibus atq; recẽti Hiſtoria, ſpeculũ ciuilis ſarcina belli. alij fallũtur in illo eiuſdem poetæ. Sat. iij. Miſerę cognoſce proęmia rixæ. vbi inepte legunt p̃mia, quũ legendũ ſit procœmia, vt Mancinellus docet. Venerabil' Beda (cuius artẽ non legi) affert ex Sedulio (vt Gaguin⁹ ait) Adueniat regnũ iamiamq; ſcilicet illud. at impreſſio quã vidi, habet. Adueniat regnũ cœleſte videlicet illud. Adducit
Tmolus. Neſtor ex. vi. Met. Ouidij. Deſeruer̃ ſui nymphę vineta Tmoli. verſus eſt ſpondaicus vt Neſtor ait, & ꝓducitur vltima in vineta poſitione, qa ſequũtur tm, nam Tmolus diſſyllabũ eſt, nec vſq̃ legitur timolus triſſyllabũ, contra Tortelliũ, qui dixerat in Ouidio Tmoli legendũ, vt verſus ſtaret, in quo videt̃ Tortellius errorẽ Alexãdrinum ſeq. Oui. x. Meta. Iudice ſub Tmolo certamẽ venit ad impar. Vergilius hũc montẽ Tmoliũ appellat dicens in Gæor. Tmolius aſſurgit qbus & rex ipſe Phanęus. Sunt tñ poſt Neſtorẽ viri doctiſſimi qui aſſerant vtrũq; dici tmolus, & in Ouidio timoli legi, vt Ra-
Timolus. phael Regius, & Gæorgius Valla Placẽtinus li. xxxviij ca. x. Is per Pliniũ probat qui dicit veteres dixiſſe Timolũ. Idem aſſerit Hermolaus Barbarus in li. Pli. xxxiij. ca. viij. qa vtrũq; teſtat̃ dici teſte Ste-

phano,& Timoli nõ Tmoli haberi in Oui.cõtra Neſtorẽ. ¶ Aelius
Antonius Nebriſſenſis vir doctiſſimus. adducit teſtimoniũ Catulli
dicẽtis. Dulce mnenoſynõ mei ſodal'. Phaleucius v̈ſus ẽ, in q̃ putat
e in dulce ꝓduci põne, ve℞ infirma ẽ hęc Aelij ꝓbatio, qa Catullus
non mõ iambũ huic carmini in primo loco dedit, ſed etiã trochęũ.
Catul. de Acme. Iſta turpiculo puella naſo. Et negat mihi vr̃a reddi-
turã, Perſeq̃mur eã & reflagitemus Męcha putida redde codicillos,
Redde putida męcha codicillos, Quincq; ſunt hendecaſyllabi in eo-
dem epigrãmate. Idem ad Lycinum. Semimortua lectulo iacebãt,
Phal. eſt. vbi primus pes eſt trochęus, nã ſemi vltimã corripit. Oui.
li.ij. Met. Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno Lætus erat. ¶ Ma-
crobius dicit vltimã in ablatiuo fratre ꝓduci in hoc ſpõdaico Ver-
gi.lib.ix. Nec Clycio genitore minor nec fratre Mneſtheo. vbi etiã Mneſthe-
ſynæreſis eſt. M em̃ apud græcos vim mutæ obtinet. Verg. æne.iiij. us. Mene-
Mneſthea Sergeſtũq; vocat fortemq; Cloantũ. Seruius Macrobio ſtheus,
haud indoctior, legit Meneſtheo gratia v̈ſus, ſic alij quoq;. Sta.vi.
Theb. Diſcus nec dubia iuncta ve Meneſthea victũ Trãſabijt me-
ta. ſic ibidem, Meneſtheus ſæpe. E quibus facile intelligere poſſum9
rariſſimã eſſe poſitionẽ, & vix admittendã ſi dictio in vocalem de-
ſinat, & ſequens a duabus conſonantibus inchoetur. nam ſi a dupli-
ci perpetuũ corripiet. Luc. Talem fama canit tumidũ ſuper ęquora
Xerxem. Verg. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.
Etenim vbi poſitio videbitur eſſe aut coniũctio, forſitan eris perpe
ram ſubtracta, aut cæſura locũ habębit, nam quod Nebriſſenſis cũ
Sulpitio affert ex Vergilio, Tribulaq; traheæq; & iniquo pondere
raſtri, nullo modo ꝓbat hanc poſitionẽ, qa q; ſimili loco apđ Ver
gilium ꝓducitur, vbi poſitio nullo modo locũ habet. vt.iij. æne. Li
minaq; lauruſq; dei. vbi Seruius ait. breuis pro lõga poſita eſt. De-
fenditur aũt, vel qa monoſyllaba ad artem non ꝑtinẽt, vel ꝑticula
que ſui ſubſtantiã non habet, membrũ putatur ſuperioris orationis
hæc Seruius, quibus quid velit non ſatis intelligo, quia monoſylla-
ba non minus ad artẽ pertinere videtur q; polyſyllaba. vt a, ab, de,
e, &c. Et membrũ eſſe ſuperioris oratõis nihil confert ad productio
nem. ideoq; puto produci ſolũ cęſuræ cauſa (vt ante dixi) Verg. ali
bi. Drymoq; Xãthoq; Ligeaq; Phylodoceq;, Idem. Euriq; zephy-
riq; tumẽt. Oui. Syderaq; vẽtiq; nocẽt. Idem. Sarculaq; raſtriq; gra
ues. Rectius igit̃ corripiemus finalẽ vocalẽ. Sido. dulcia Mnemoſy-
ne demirãs carmina Sapphus. Oui. piſcoſamq; Gnidon grauidam
Amathunta metallis. Horat. Lingmus inſani ridentes p̃mia ſcribæ.
Idem. Ignoſcent ſiquid peccauero ſtultus amici. Luca. Terga ſedens

crebro maculis diſtincta ſmaragdo. huius rei exempla facile multa
inuenies, in quibus tamē vel ſ. abſumi, vel liquidam locū habere te-
ſtantur Diomedes & Priſcianus, ſecundū quos mali eſſent verſus.
Hectora deuicit certamīe Phthius Achilles. Fęda Phthiſis putri tor-
quet mea viſcera tabe. Non prætermittā doctiſſimi Capellæ opini
onem de poſitu in iij. lib. ſic dicentis. Proximi ſermonis conſonan-
tes nihil præcedentem adiuuāt, licet Vergi. refragetur dicens. Arma
virumq; cano Troiæ. Et item. Fonteſq; fluuioſq; voco.

## Regula ſecunda de liqueſcentia.

Cum muta liquidam, ſcribens in ſyllaba eadem
Ancipitem ponas vocalem quæ breuis eſſet.
Hanc tamen in proſa ſemper breuiare iubemus.
Sunt l & r liquidę, quis raro iungimus n m.

Quādo vocalē natura breuē, ſequūtur muta & liquida, eandē cum
ſequente vocali conſtituētes ſyllabā, ita tamē vt pręcedēs vocalis in
eadem dictione ponatur, ipa eſt anceps in verſu, in proſa vero ſem
per correpta. mutæ ſunt, b c d f g k p q t. liquide l. & r. & aliquādo. n.
m. Oui. xiij. Met. Et primo ſi'lis volucri mox vera volucris Vergi.
Albaniq; patres. Ouid. iiij. Meta. Tempus atla veniet tua quo ſpo-
liabitur auro. Ibidem. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas
Montibus. Claudianus in ſexto conſulatu Honorij. Texerat vrbē
Tarquinio mirante Cocles. Verg. ij. Geor. Ingredior ſanctos auſus
recludere fontes. Sil. li. i. Fas aperire mihi, ſuperūq; recludere mētes.
De n & m. rariora ſunt exempla, vt arithmos. i. numerus, & tegnō.
id eſt filius. apud Euripidē corripiūtur, teſte Priſciano lib. i. Marti. in
Cygnus. vltimo Epigrā. li. ix. Quæ noua tam ſimiles genuit tibi Leda mini-
ſtros. Quæ capta eſt alio nupta Lacęna cygno. Sūt tamē qui habeāt.
Quæ capta eſt cygno nupta Lacęna alio. at apd Hor. manifeſte cor
ripit in qrto car. Ode. tertia. Donatura cygni ſi libeat ſonū, Aſclep.
eſt. Auſonius ad Paulinū. Longæue tm̄ ſuperamus honore ſenectę.
Quid refert? cornix non ideo ante cygnū. Valer. flac. lib. iij. Veloq;
pcneſſos. procneſſum. eſt finis metri. Procneſſos inſulæ nomē eſt. Sunt qui di
Signum. cant ſignū primā ſimiliter corripere apud Lucretiū, Nil tamē eſſe ſi-
Prognes. gni mixtas potuiſſe creari. plegi hunc poetā. ſed dormitaui (vt opi-
nor paululū) dum me hic verſus ſubterfugit. Oui. vi. Meta. Ad mā-
Ichneu- data Prognes & agit ſua vota ſub illa. ſic habēt nōnulli libri, alij ve
mon. ro Mandata ad Prognes, &c. Mart. lib. vij. Delectat Mariū ſi pnici-
oſus Ichneumon. ſignificat ichneumō beluā quandā ægypti. Man-
cinellus. Cōmunē mediā græcis ſeruabit arithmos, Sil. lib. viij. Ecce

inter primos Terapnęo a ſanguine clauſi. Idem li. xiij. Nõnunq̃ af-
firmat Terapnęos Ilion armis Ceſſurũ. Paris ad Helenã. Rure Tera-
pnæo nata puella Phrygem. Stat. iiij. Sil. Sic lubrica ponit Membra
Terapnæa reſolutus gymnade pollux. Terapnęus. a. ũ. a Terapne arithmos
eſt patria Helenę, ſcribit̃ ſine aſpiratiõe cum p añ n, non Therapne, terapnęus
nec teramne teſte Bergomate. Hor. li. ij. car. Ode. iiij. Mouit Aiacem
Telamone natũ Forma captiuæ dominũ Tecmeſſę. duo ſunt ſap-
phici. Oui. iij. de arte. Odimus & mœſtas, Tecmeſſam diligat Aiax. Tecmeſſa
Tecmeſſa mulieris ꝓpriũ eſt, in quo m liq̃da eſt. Notauit idẽ Geor. Polymne
Valla Placentinus li. xxxviij. ca. x. errauit igitur, Tardiuus credẽs cõ ia.
tra Priſcianũ m nunq̃ liqueſcere. Idẽ li. i car. ode. i. Si neq̃ tibias Eu-
terpe cohibet nec Polymneia Leſboũ refugit tendere barbiton. hic
poſt ſi neq̃ tibias ſequũtur duo Aſclep. Oui. v. Faſt. Diſſenſere deæ
quarũ Polymneia cœpit Prima. Verg. in ciri, Nam verũ fateamur,
amat Polymneia verum hic n liqueſcit m mutę vim obtinet, vt ex
Macrobio diximus. Mancinellus in verſilogo m tanq̃ poſuit mu-
tam, Polymnia penultimã ꝓducit, vt elegia, q̃a græce cum ei diph-
thõgo ſcribit̃ a poly. i. multũ, & mneia. i. memoria, hic diphthõgus
diuiditur quẽadmodũ interdũ eligia dicimꝰ pro elegia. In hac ſnia N
ſunt Nebriſſenſis & Nicolaus ferettus, Calepinus quoq̃ in cuius o- O
pere male dicit̃ penultima corripi, in Polymnia, vt alia m̃ſta, quod T
video eſſe chalcographorũ incuriæ aſcribẽdũ. Sũt qui perperã ſcri A
bãt (vt ait Nicolaus ferettus) Polyhymnia a poly. i. multũ, & hym-
nos. i. laudatio. Feretto aſtipulat̃ Nebriſſenſis dicẽs. ſũt q̃ Polyhym-
nia ſcribãt, ſed hi non vidẽt q̃d quũ Polymneia per ei diphthongõ
in penultima ſcribat̃, auctores diphthongũ ſoluerũt, q̃d plerũq̃ in
eiuſmodi dictionibus fieri cõſueuit, vt elegia &c. Oui. viij. Met. De-
buit illius miſereri & ignoſcere nobis. ſic habent oẽs libri quos vidi
Certe veteres gnoſco pro noſco dicebãt, vt gnatus pro natus &c.
Nunc igit̃ vt hãc rem paucis finiã, l & r. ſine dubio liq̃dę ſunt, m ve-
ro & n liqueſcũt in paucis, q̃ auctoritate cõſtant, nam nõ inuẽtis vti Ignoſco.
minime auderẽ. Quẽadmodũ s. litera apud Enniũ liqueſcit in ver-
bo aſto in hoc v̾ſu apđ Varronẽ li. iij. de lingua latina. Subulo fini Aſto.
timas, ꝓpt̃ aſtabat aq̃s. id in aliјs imitari nõ auderẽ in aſcẽdo, reſto,
ſed nec ip̃m aſto ſatis auſim corripe. S. quẽadmodũ abſumit̃ ſatis di
ctũ eſt. Priſcianus vult etiã ꝑimi apđ Verg. in. xi. Ponite ſpes ſibi q̃ſ-
q̃, ſed hæc q̃ꝫ anguſta videtis, de hoc in p̃cedẽte lectione ample dixi-
mus. ¶ Dixi notãter in regula vocalẽ natura breuẽ Nam q̃ ſine po-
ſitiõe ꝓducit̃, nulla liq̃ſcẽtia põt corripi, vt p̃ma in m̃rimoniũ ſic ſe-
cũda in aratrũ, lauacrũ, & t̃tia in ſimulachrũ, inuolucrũ cõtra ti b̃gã

¶ Dixi eandem cum ſequente vocali conſtituētes ſyllabam &c. alioqui liqueſcentia locum non haberet, vt obnuo abruo &c. Sunt qui dicant d liqueſcere in ſmaragdus, propter illud Martialis lib. v. Sardonicas Smaragdos, adamātas, iaſpidas vno Portat in articulo ſtella Seuere meus. Calderinus tū ait. hic s. perimi. veteꝝ more.

## Regula tertia de Diphthongis.

Diphthongum produc in græcis atq; latinis
In græcis ſemper, verum ſubeunte latina
Vocali breuio, veluti præit atq; præuſtus.

Oīs diphthongus naturaliter ꝓducitur tam in gręcis q̄ in latinis, vt muſæ, cœna, audio, euge. In gręcis qdem etiam ſubeunte vocali, vt Eacus, Euāder, Oeagrus. In latinis vero tum corripit̄, vt pręeſſe, pręuro, præhēdo, & omnia a prę cōpoſita ſequente vocali, pręhendo exemplū. datur a Gæor. Valla li. xxxviij. ca. xi. Oui. lib. vij. Met. Cōcipit interea validos Aetias ignes. Ver. Gurgite iam medio portans Oeagrius Hebrus. Idem æneí. vij. Stipitibus duris agitur ſudibuſve pręuſtis. Oui. xij. Meta. Raptaturq; comis per vim noua nupta præhenſis. Cicero in Arato. Nam quoꝝ ſtirpis tellus amplexa præhēdit. de illis, Inſulæ Ionio in magno &c. dictū eſt.

Diphthōgus. ¶ Diphthōgus eſt duarū vocaliū vim ſuam retinentiū in eadē ſyllaba conglutinatio ſiue complexio. Dico vocaliū, propter i & u conſonanteis, vt iuuo, voco. ¶ Subdo vim ſuam retinentiū, propter u liquidū, vt lingua, aqua, ſuadeo.

Phaeton. ¶ Addo in eadem ſyllaba, ꝓpter Phaetō, quod triſſyllabū eſſe teſtatur Quintilianus li. i. inſti. orat. dicēs apud Varronē in hoc verſu. Quū te flagrāti deiectū fulmine Phaeton, vitium eſſe qđ græci ſynereſin vocāt, nam ſi eſſet proſa oratio eaſdem lr̄as enūciare veris ſyllabis liceret. Male igit̄ dixit Tortellius Phœtō ſcribi per œ diphthongon, quod patet etiā teſtimonio veterū poetarum. Mart. li. v. Audaci queſtus de Phaetonte pater. Hora. iiij. car. Ode. xi. Terret ambuſtus Phaeton auaras. Sap. eſt, venit a phaeno. i. luceo. ¶ Diphthongus dicitur duarū vocalium ſonus, a dis bis, & phthoggos ſonus, latini g ante g in n vertunt, & dicunt phthongos, vt angelus pro aggelos. ¶ Sunt autem diphthongi quibus latini vtuntur æ œ au & eu, & in paucis ei. atq; in pauciſſimis yi. de cæteris gręcoꝝ diphthongis quibus non vtimur, nihil dicam. ¶ Au & eu vti ſcribuntur ita proferuntur, ſic æ & œ in quibus tamē e magis auditur a & o obſcurius. Ei & yi proferuntur, pene per i longū, ſed ignauia & ignorātia hominū fecit, vt vix quiſq; recte ſciat diphthongos pronunciare, ita ſoni illarū iam obliterati ſunt. neq; enim

eodem modo ꝓnunciandū eſt cedo, cuius pręteritū ceſſi, et cædo cu
ius præteritū cecidi. neq; item eodē modo ęs nomen vt es verbum
neq; rurſum fœlix vt felis, aut fœmina vti femur, nam quid vtilita
tis haberent diphthongi ſi non proferrētur, neq; eñ ideo diphthō-
gi inuētæ ſunt vt per eas longæ ſyllabę a breuibus noſcant̃, quia ſe-
des, cedo ceſſi, pedo & alia innumera ꝓducūtur ſine diphthongis,
debēt igitur & ſcribi & ꝓferri vt Nebriſſenſis multis docet & Gęor.
Valla li. xxxi. dicit ambas vocales in diphthōgis habere vocē retu-
ſam, & ſenſit id Gaguinus dicēs. Ae & œ fortiꝰ vegetiuſq; ꝓferri de- Ae & œ
bere. Sed quid dicā de aſinis iſtis qui ne ſcribendas q̈dem diphthon ꝓferūtur.
gos cenſent, quas etiā in libris non adeo veteribus, ſemꝑ ſcribi con N
ſpicimus, vt in ſingulis fere templis, & cœnobijs, & bybliothecis vi O
dere licet. Mihi certe omnis epiſtola, oīs liber ſine diphthongis q̈d T
gothicū ſaperē videt̃, diphthongos itaq; æ & œ, a veteribus ſemꝑer A
ſcribebātur, vt patet ex arcubus triūphalibus, & antiq̄s lapidibus e
terra erutis, & in numiſmatis, & ex Martialis lib. xi. vbi in lupū iocā
tur, qui Martiali prediū dederat. ſed adeo exiguū vt prandiū maluiſ
ſet, hinc iocatur poeta feſtiuiſſimus, vñ poſt mlta dicit. Errasti Lupe
litera ſed vna. Nam quo tp̄e p̄dium dediſti, Mallē tu mihi prandiū
dediſſes. Prędiū vna litera mutata fit prandiū, ponēdo ſcilicet n pro
ę, ergo in p̄dium teſte Martiale eſt a litera, ¶ Au licēter diæreſin in Au.
nonnullis patit̃. Catul. Verboſa gaudet Venus loquela. Phal. eſt. vt
hoc eiuſdem. Si linguā clauſo tenes in ore. in fine hęc diphthongus
nuſq; eſt, niſi in laus & fraus, nam Emaus caſtelli nomē, triſſyllabū
eſt, vt recte docet Hermānus Torrētinus. ¶ Eu in pricipio ſcribit̃, Emaus.
vt Euander, Euāgelus, ꝓpriū viri, euangeliū ab eu i. bonū, & ange- Eu.
lus nūcius, q̇d inepti ſcribunt euuangeliū euenus, euemō, euion, euā Torrēti-
Sunt Græciſſantes, qui volunt hęc afferri quaſi ſcriberetur efander, nus.
efangeliū &c. ¶ Reperit̃ in fine vt heu. Item Perſeus, Orpheus &c.
quæ propria ſunt omnia, & in ipſis diphthongus diuiditur, aliquā-
do e correpta vt Orpheus, aliquādo e producta ut Gryneus. Ouid.
xij. Meta. Cumq; ſuis Gryneus immanē ſuſtulit aram Ignibus. Ibi-
dem de eodē. Figitur hinc duplici Gryneus lumina ramo. Eruitur-
q; oculos. vbi autem eus per diphthongum, vbi eus per duas ſylla
bas legi debet, diligenti poetarū lectione diſcendū eſt. ¶ Eu diære-
ſin patit̃ heu, vt dicit Seruius in hūc ꝟſum Vergilij, Heu q̄; pingui
macer eſt mihi thaurus in auro, vbi tamē alij legunt heheu, alij heu-
heu. ¶ Oe in fi. non ſcribitur iō Beroe triſſyllabū eſt. ¶ Ei in fine Oe.
eſt vt hei, & apud veteres ſcribebat̃ pro i lōgo in datiuis et ablatiuis Ei.
vt vieis, ſueis &c. id Tortelius notauit in marmoribus & numiſma



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis. Et in accuſatiuis pluralibus tertiæ declinationis, vbi genitiuus in ium deſinit vt parteis, treis, id video a doctiſſimis adhuc hodie ob-

Yi. ſeruari, ideo & ipſe id diligēter cuſtodio. ¶ Yi in paucis vtimur, vt

Ae. Harpyia, Ilithyia, ea ponā in i ante a. ¶ Ae diuidit interdū interpo-

Ahenus. ſita aſpiratione, vt placet Gellio, vt aenus ab æs ahenus & aheneus.

Aheneus. Vergi. Et luce coruſcus ahena. Ouid. i. Meta. Tertia poſt illā ſucceſſit ahenea proles. Hora. in epiſt. Si recte facies hic murus aheneus eſto.

¶ Apud veteres mutabatur in ai. iam id exoleuit, vt aquai, nepai,

Lancilot⁹ aulai, &c. Lucret. lib. i. Ignoratur enim quæ ſit natura animai. Si duę vocales per ſynæreſin coeant, non eſt diphthōgus, vt Phaeton, aureus. docet hoc Lancilotus de hac re multum differens. ¶ Eſſem his contentus niſi indoctiſſimi homines diphthongos adeo neglexiſſent, vt etiā rariſſimus ſit ex elegantioris literaturæ ſtudioſis, qui has inuiolatas obſeruet. ideo q̄q̄ hæc res magis ad orthographiā pertineat, operæ preciū putaui eas tradere in his libris, quia contraria iuxta poſita magis eluceſcunt. Etenim qui ante me ſcripſerunt fere omnes diphthongata non diphthongatis anumerauerūt. Igitur omiſſis au & eu in q̄bus rarius peccatur, ſolum de æ & œ dicemus, ponentes quæ ante vocales ſunt ſuo ordine, poſt regulas de e ante vocales. Quæ vero ante conſonantes ſunt, ponentur ſuo ordine poſt regulas de e ante conſonantes in tertio libro, tam in medijs q̄ in primis. Nunc duæ tantū regulæ generales declarandæ ſunt.

Præ.

## De æ regulæ generales duæ. Prima

Præ ſyllaba vbicunq; in latinis reperitur, etiā ſi occulta ſit compoſitio, æ diphthongo notabitur. vt præs prædis, præda, prædo, prędor, præco, prælū a præluendo, vt notauit Tortellius. pręſto, præſtolor. Tolluntur pauca, quæ non ideo corripiūtur, quia vocalem ante vocalem habeāt. vt preces, precor, preciū, premo, vnde preſſus, preſſi, interpretor, p̄ciæ vuę. Verg. Purpureæ, preciæ &c. Dicūt

Precox. deriuari a pręcoquus, q̄a cito matureſcūt. Præcox tn̄ diphthongū

Prœtus. habet. Calphurnius in. ij. ecloga. Inſita p̄cocibus ſubrepere perſica

Preſbyť. prunis. ¶ Vnicum eſt græcum Prœtus viri propriū. habens œ diphthongō in ſyllaba prœ. Preſbyter græcū diphthōgo caret.

## Poſterior regula.

Genitiuus & datiuus ſingulares, Ntūs & vocatiuus plurales æ diphthongo annotantur. vt muſæ, illæ, venerandæ. ſic

Quæ. lecturæ, ipſæ, iſtæ, quæ, hæ, æ. Quibus addes quæ nomē, etiam ſin-

Hæc. gularis numeri. hæc cuiuſcunq; numeri. Papæ interiectionem vt væh dolentis aut malū minantis dictionem. Næ pro certe & vtiq;

aſſeuerandi aduerbium ſic quædam, quænam, iſthæc &c. Aes, fæx
plebs de quibus alibi dicemus, & tm̃ gn̄atim de diphthongis.

## Regula Quarta de vocali ante vocalem.

**Vocalis breuis ante aliam manet vſq; latinis.**

Vocalis ante vocalē in latinis corripitur, vt Marius, Maria, Lucius
Lucia, libraria, controuerſia, vicaria, caduceus, abigeus, copia, cor-
nucopię, lectoria, & alia plurima. in quibus imperitū vulgus turpiſ-
ſime peccat. Claudianus ad CHRISTVM ſaluatorē, Quęq; vte-
ro incluſum Marię mox numīe viſo, Virginei tumuere ſinus. Pru-
dentius in Pſycomachia, Nec mea poſt Mariā potis es p̄ſtringer̄ iu- Maria.
ra. Sidonius in Euchariſtico, Veni nunc ſpūs oro Pontificē dicture
tuū qui pectora priſcæ Intraſti Mariæ. Baptiſta mātuanus. Ad Ma-
riæ thalamos famulā miſere Siopem. Iuuencus poeta ab Hierony.
multū laudatus. Tunc maiora dehinc idem mandata miniſter De-
tulit ad Mariæ demiſſus virginis aures. Iterum Claudianus. Carpe-
bat teneros Maria cum cōiuge ſompnos. hic eſt nomē vxoris Ho-
norij. Philelphus quoq; in decadibus ſemper corripit Maria muli-
eris proprium, vt beatæ virginis, & ſororis Moyſi. At Marias mu-
tat vt eſt Italorum quorundam cognomen. Quod ſiquis dicat Ma-
ria debere produci quia hebræū eſt, ille nugas egerit, quia non om-
ne hebræū penultimā producit. Sedulius. Quis fuit ille nitor Mariæ
quum Chriſtus ab aluo Proceſſit ſplendore nouo. Alibi idem au-
ctor Maria ſemper produxit, in quo eum non ſequimur, nec Rigā
nec Aratorē, nec Petrarchā, nec item alios quotquot produxerunt
hoc nomen contra græcos & latinos. Sido. lib. epiſt. viij. Priſco Lu- Lucia.
cia quem dat e ſenatu. verſus eſt Phaleucius. Annuit corripit. Verg. Annuit.
x. Annuit & totum nutu tremefecit olympū. Ennius tamen produ-
xit teſte Nicolao Feretto, dicens in. v. annalium. Annuit ſeſe mecū
decernere ferro. Tu caue Ennium primus imiteris.

### Quinq; exceptiones.

Ni capit r fio produc & nomina quintæ
E ſeruent longum ſi præſit i ceu ſpeciei
Anceps ius erit patrio, dic ſemper alius
Alterius breuio tantum cōmune ſit ohe.
Caius & cai produc, conformia iunge.

### Prima exceptio.

Fio producitur vbicumq; abeſt r. vt fiebam, fiam.

vbi vero adeſt r corripitur, vt fieri fierem. Hor. ij. car. Ode. viij. De-
te ſi nigro fieres vel vno Turpior vngue. Saphicũ cum Adonico
eſt. Mart. li. vij. Quo poſſet fieri modo ſeuere. Phal. eſt. ¶ Suffio, in
fio, corripiũtur quia a fio longe diſſidẽt, defio aũt & cõfio ꝓducunt
Defiocu- vbi r abeſt. hic defioculus. i. vnoculꝰ cui oculus defit. Mar. xij. hinc
lus. defioculus & ĩn lippꝛ. Phal ẽ. Vltia in deſioculꝫ cęſurę licẽtia, ꝓducit.

## Secunda exceptio.

**Nomina quintę declinationis producunt e ante i in**
genitiuis datiuiſq; ſi præcedat i, ſicut ſpeciei, ſecus corripiũt, vt fidei,
rei quę tamen Lucretius produxit, niſi mendoſus ſit liber. Tu quod
nemo hactenus auſus eſt imitari, ne ſequaris, ait aũt Lucre. lib. i. Prę-
terea rei quæ corpora mittere poſſet. Et lib. ij. Cuius vti memoror
Rei. rei ſimulachrũ & imago. Idem ꝓduxit vocalẽ ante vocalẽ, in dtĩo
ei ab is, forte quia veteres (vt Cicero meminit) duplici ij ſcripſerunt
Ei. Pompeij, eij, aijt, qđ exoleuit, qa ait ſemꝑ corripit, & ſimiliter ei. Iuue.
Ire viam ꝑgant & eidem incumbere ſectæ. Ait aũt Lucre. lib. vi. Sci-
licet & fluuius qui viſus maximus ei. Sulpitius legit ei monoſyllabũ
ſic, maximus ei eſt. Priſcianus quoq; ait ei datiuũ natura eſſe mono
ſyllabũ, ſed diereſin pati, ne videatur eſſe interiectio, id ꝓbari poteſt
per Catullum ad Quintium. Eripere ei noli multo quod charius illi
Eſt oculis, Quicquid eſt. Lucretius diſſyllabo vſus eſt priore produ-
cta, in lib. vi. Et manibus nitidum teneris opus effluit ei.

## Tertia exceptio.

**Pronomina ſecundæ declinationis, & nomina ha-**
bentia ſecundã declinationẽ pronoĩum, variant i ante us, vt vnius,
Alterius. illius, q̃ in ꝓſa tm̃ producunt. Alius in gtĩo tm̃ ꝓducit, alterius ſolũ
corripit. Mataratius dicit ſolius etiã tm̃ produci. Terẽtianus grãma-
ticus auſus ẽ alterius ꝓducerẽ (vt Priſ. notauit) in hoc trochaico tetra-
metro catalectico, Seſcuplos vel vnã vicet alterius ſingulũ, ſeptem
ſunt pedes diſſyllabi et vna ſyllaba ſextus pes ſpõdꝰ ẽ, qa iãbus eẽ
negt. Tu in hoc Terẽtianũ ne imiterꝭ, qa inter neotericos nũeratur
Nam añ eũ Sillius, Mart. et cęteri corripuerẽt, Luca. harpẽ alteriꝰ &c.

Ohe.

## Quarta exceptio.

**Ohe interiectio exclamantis & ſatiati variatur, Per-**
ſius. Auriculis qbus & dicas cute perditus ohe. Marti. in fine. iiij. lib.
Oheiã ſatis eſt ohe ſi belle. Phal. eſt. Hor. Sat. v. lib. ij. donec oheiam
eſt finis hexametri, Sũt qui idem poſſe fieri in vaha & aha autumẽt,
ohe bacchantis eſt & tum magis corripit Vergil. vij. ænei. Heu ohe

Bacche fremens. Hora. diſſyllabũ fecit per ſyneręſin lib. ij. car. Ode. xix. Euohe recenti mẽs trepidat metu. verſus eſt alcaicus dactylicus.

## Quinta exceptio.

**Pompei, Cai, ſtai, vultei, ſimileſq; vocatiui produ-cuntur, & vbicunq; i conſonans in vocalẽ vertitur, vt fit in Caius, trisſyllabo &c.** Martial. lib. ij. Quod peto da Cai non peto conſiliũ. Et alibi. Si donare vocas promittere nec dare Cai. Ouid. quarto de ponto. Accipe Pompei deductũ carmen ab illo. Debitor ẽ vitę qui tibi Sexte ſuæ. Martia. lib. ix. ad conſilium. Peruigil in pluma Caius ecce iacet, ſæpe in vocatiuis i manet conſonans, aut per ſynæreſin profertur. Hora. Durus ait vultei, nimis attentuſq; videris. ¶Huic Sillius diſſyllabum produxit, aut codex eſt mendoſus in lib. x. Iuue ni (ne ſim tibi longior) huic. Et genus & clara memorandũ a virgi-ne nomen. Papinius corripit dicens. Falſus huic pennas & cornua ſumere terræ. hunc ſequeris. ¶Nunc de græcis dicendum. Caius. Pompei. Huic.

## De vocali ante e vocalem in græcis.

**Regula græcorũ multa eſt quam proſa recludet.**

Græcorũ quædã producunt vocalẽ ante vocalẽ, vt aer, latria. quæ-dam corripiũt, vt ſophia. Non poſſunt facile vna aliqua regula do ceri, ideo regulas ꝓ viribus collegimus de gręcis & barbaris. q̃s an̄ me poſuit Antonius Nebriſſenſis, & alij nõnulli. verũ eas adeo de-claraui et ãpliaui, vt iure meas dixero, neq; tñ ſũ vſq; eo temerari9, vt has me cõſumauiſſe putẽ, ſed auxiſſe dũtaxat, q̃m ſi q̃d ex veteri-b9 cõtra me recte afferat, libẽt cedã, & cãdide docẽtẽ amabo plimũ.

**A an̄ vocalẽ in gręcis & barbaris q̃bus latini vtunt̃.**

**A ante a corripit̃, vt Phraates viri proprium. Nauſicaa** Alcinoi filia, ponit hoc exẽplũ Nebriſſenſis. Mar. Si mihi Nauſicaę p̃rios cõcederet hortos, Alcinoo poſſẽ dicere malo meos. Baal. Se-dul. Tũc coluere Baal nũc elegere Barabbã. ¶Habrahã inuenio ꝓ-duci cõtra Nebriſſenſem. Sido. li. epiſt. vij. Habrahã ſctis merito ſo-ciande patronis. Arator li. ij. Deus inquit Habrahã. eſt finis verſus. nauſaicaa Habrahã.

**A ante e corripit̃ vt Phaetõ, veluti in regula diphthõ-gorũ probauimus.** Aello canis nomen deriuatũ ab aella. i. impetus turbo, procella, Oui. iij. Met. Et curſu fortis aello. Eſt etiã harpyię no men in eodem li. Exterruit ales aello. Danae Perſei mater. Horat. iij. car. Ode. xvi. Incluſam Danaen turris ahenea. Aſcep. eſt. Paſiphae Minois vxor. Propert. lib. ij. Vobiſcum eſt Iope. vobiſcum candi-da Tyro, Vobiſcũ Europe nec proba Paſiphae. Auſo. in Epig. Me Aello. Danae. Paſiphae. Aedon.

potius clauſæ ſubijce Paſiphae. Baptiſta mãtuanus. Et ſcelera admiſ
ſo Paſiphaeça boue. ¶ Aedon auis eſt luſcinia ſiue philomela, nõ
(vt quidam ſõpniant) muſici nomen apud Vergiliũ de cantu Sire
num, vbi de plurib⁹ auibus ſit mẽtio, licet forte Metaphoricos mu
ſicũ aliquẽ intellexerit ait aũt Vergilius. Quodq; leuẽs calami quod
ſuauis cantat Aedon, Quod lyra quod cytharæ quod moribũdus
olor. Seneca in Aga, Ramo cantat triſtis aedonis. verſus eſt anape-
ſticus dimeter. habet hic ſpõdæos duos, & dactylos duos, nam ſine
anapæſto ſæpe anapæſticus dicitur. vt in lib. v. docebo. Calphur.
ecloga. vi. Si vincat acãthida cornix vocalẽ ſuperet ſi turpis aedo-
na bubo, Aliq libri hñt turpior, et ita ſynęreſin pateret, vt apud Se-
necã in Octauia. Redderet aedon cuius pẽnas. eſt anapeſticus dime-
Aer. ter ex dactylo & tribus ſpõdæis. ¶ Exceptio aer. Luca. li. i. Aer et lõ-
gi voluẽt titana labores. Lucre. li. iij. per ſynęreſin ꝓtulit dicens. Ex-
pirat aerẽ panaces, abſynthia tetra, hũc imitatus eſt Sido. in epithal.
polemij dicẽs hunc aerẽ pariterq; deos ſic autumat ortos. Idem fe-
cit in deriuatiuo ſeu cõpoſito Verg. dicẽs Fixerit aeripedẽ ceruã. vbi
multi male putarũt eſſe ꝓceleumaticũ, ſed hæc ſynęreſis pſertim in
primitiuo eſt admodũ dura, nec facile imitãda, vt neq; illa in eodẽ
epithalamio ſidonij. Materiã cunctis creaturis aera credens, nec illa
eiuſdẽ in euchariſtico ad Fauſtũ epiſcopũ. Seu te cõſpicuis gradibus
venerabilis arę. Concionaturꝝ plebs ſedula circũſiſtit, ſecũdus ver-
Laertes. ſus eſt ſpondaicus. ¶ Laertes æ vlyſſis pater. Oui. xiij. Met. Nam
mihi laertes pr̃ eſt, arceſius illi. ſic laerte. es vrbs cilicię, Varro p ſynę-
Michael. reſin dixit. O mi laertiade quicqd dicã aut erit aut nõ. Apud Horat.
ſecũdo Sermonũ legit. O laertiade &c. ¶ Michael Propriũ angeli
et hoĩs Valerius flaccus poeta elegãtiſſimus ad quẽ Martialis ſępius
ſcribit, is inquã in lib. vi. argonauticoꝝ ait, Hic & odoratus flagrãti
crine Michael, vbi michael nomẽ eſt vnius caſpiadaꝝ qui dicũtur
eſſe iudæi. Antonius mãcinellus, Augur romulidas inter celebrãde
In ael no- Michael. Idẽ docet Antonius nebriſſenſis dicendũ eſſe de cæteris. In
mia Iſrael ael ꝓpter auctoritatẽ Flacci, vt Raphael Iſrael &c. Adducã ego plu-
ra teſtimõia. Lactãtius firmianus Iſrael tu rex dauidis & inclyta ꝓles
Male addiderũt indocti hoĩes verbũ es. qa ſenſui nõ eſt neceſſariũ,
Bebelius. nec in emẽdatis codicib⁹ habet. hoc notauit Bebelius, nã ego lõgo
tp̃e Lactantiũ non vidi niſi in Papiniũ Sedulius li. iij. Quia nõ dor-
mitat in æuũ. Qui regit Iſrael neq; ꝓrſus dormiet vnq;. In eodẽ lib.
Venãtius Sed domus Iſrael qa necdũ noĩe gẽtes auxerat. Fortunatus Iſraeliti
honorius cos iuſſit adeſſe uiros, ſed hic errauit in ſyllaba li. quã male corripuit
Idem Iſrael, reliquos floreat ante genus, hunc poetã ne vt vilem ali-

quem contemnas. Fuit em̄ ante tempus beati Hieronymi vt ex Pe-
tro crinito diſces. Prudentius in pſycomachia. Non aliter cecinit re-
ſpectans victor hiantem, Iſrael rabiem &c. Arator ſemper ſynęreſi
vſus eſt, vt Iſrael dicta tenet. Caue imiteris niſi forſitan rariſſime. Iu-
uencus male corripuit vt plura alia dicens. Tum primū iuſto cōcur
rit nathanaeli. Idem Iſraelitarū cumulatæ gloria gentis, ſed hic ſynę
reſin eſſe malim ne tantus poeta dicatur etiam tertiam ſyllabā corri
puiſſe. Sidonius quoq; nimis licenter corripuit, etiam vlumā ſylla-
bam dicens in euchariſtico rapiens quum tympana ſiccus Iſrael ap
penſi per cōcaua gurgitis iter Aggeribus vallatus aquæ. In eodem
Nec ſecus intremui q̄; ſi me forte rebeccæ Iſrael aut Samuel crini-
tus duceret annæ, ſed iuuare poſſet hunc ſynæreſis. vt in aerem crea
turis concionaturū quam nos vitabimus Per hæc deceptus eſt phi
lelphus in nona ſeptimæ dicens. Petrucius michael Romanæ glo-
ria ſenæ. Et meus iſte ginus, Et deſyderius Heraſmus in his ſapphi- Heraſmꝰ.
cis Porro tu primas tibi vendicato. Carminis partes Michael bea- Politianꝰ
te Proxime primus Raphael canere. ſic (ſi recte memini) Politianus
pluresq; doctiſſimi viri a quibꝰ tantū me in doctrina abeſſe fateor
quantū ab philoſopho aut ſummo oratore abeſt, holitor; verum-
tamen. Sepe etiā eſt holitor verba opportuna locutus. Non ferant
itaq; excellentiſſimi viri ægre ſe in nōnullis a Deſpauteriolo ſamu-
lo ſuo repræhendi, nam minime reſpuiſſent (vt opinor) auctorita- puerbiū.
tem elegantiſſimi Valerij Flacci ſi animaduertiſſent.

A ante i corripit. vt Naim vrbs, in Sedulio. Thebais, Naim.
Phocais, Naidus viri punici nomē in pri. lib. Sillij. Iudaicus apud Iu Naidus.
uenalē & alios. Cayſter cum y gręco, nam in his libris vbicūq; dico Cayſter.
i corripi vel produci intellige tam de i latino q̄; de y græco. I latinū Sais.
dicimus quia impure latino alio y. non vtimur ſed de his in ortho
graphia diſſeremus fauēte CRISTo. Sais ꝓpriū nomē Mineruę, &
cuiuſdā vrbis, cuius īcolę Sartę dicunt. Prop. li. ij. Mercurioq; Sais
fertur. Bœbęidos vndis virgineū primo compoſuiſſe latus.

## Exceptio.

¶ Achaia regio græcię. vnde achaicus, & achais. idis, & achæus &
achiuꝰ. Paris ad Helenā. Ah quoties dices q̄; pauper Achaia noſtra Achaia.
eſt. Ouidi. v. Meta. Pars ego nympharū quæ ſunt in Achaide dixit.
Producūtur quoq; veteres gti & dti in ai ſiue latini ſiue gręci, vt ani
mai, aulai, terrai, frugiferai. &c. Honolaides, vide Menęceus, E añ. n.
¶ Lais. idis, mulieris propriū. Proper. Non ita complebāt Ephyręæ Lais.
Laidos ędes. ¶ Laicꝰ ſimiliter ꝓducitur, qa a laos. i. populus, & laius Laicus.
viri propriū, quod aliquando diſſyllabum inuenitur.

Naias. ¶ Nais.idis,fluminis nympha,quæ etiã Naias dicitur.Vergi.Candida Nais.Hexametri finis.Eſt quoq; fluuij nomẽ,qui e Tauro naſcens in pontum mergitur.

Pãchaia. ¶ Panchaia regio Arabiæ.Verg.lib.ij.Gæor.Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arena.

Taygetus ¶ Taygetus cum y græco montis nomẽ.Luca.lib.iij.Gelidiq; is inculta iuuẽtus Taygeti.

Taygete. ¶ Taygete es vel taygeta æ cum y.Agenoris filia,& vna Pleiadum.Ouid.lib.iij.Faſto.Maian & Electran Taigetenq; Ioui.

Thais. ¶ Thais mulieris proprium.Martia.lib.ij.Thaida quintus amat &c.

Thraici⁹. ¶ Thraicius a Thracia.Boetius.lib.ij.Ode.xij.Vates Thraicius gemens.verſus eſt glyconicus trimeter.

A ante o ꝓducit̃,vt aon,Laocoon,Amithaõ,Machaõ chaon,didymaon,imaon.parthon,Lycaon,Laomedon &c.Oui.in primo Meta.Notus feritate Lycaon.Teſtimonia facile occurrẽt,ꝙ ſi ea multũ deſyderes,ex Neſtore petito,is abunde ſatiſſaciet.

## Exceptio.

aglaodos Aglaodos canis nomen,dictus ꝙ ſplendidos dentes haberet.nam aglaos ſplendidus eſt,& odus dens.Oui.ij.Meta.Labros & aglaodos & acutæ vocis hylactor.hic forte non inepte legeret̃ agriodos teſte Regio,qui agreſti & feroci dẽte interpretari poteſt,agrios nãq; agreſtis feroxq; dicit̃.

agriodos Aglaophon pictoris nomẽ.

Chaos. ¶ Chaos oĩm rerꝫ cõfuſio.Oui.i.Met.quẽ dixere chaos.

Gabaon. ¶ Gabaõ.Sedulus lib.i.Sol ſtetit ad Gabaõ.Eſt vrb̃ iudeę.Gaguinus tñ ꝓduxit,tu corripe.

Laodoc⁹. ¶ Laodocus viri ꝓpriũ.Vale Flac.lib.i.Nitit̃ hinc Talaus fratriſq; Laodocus vrget remo terga ſui.

Laodoce. Laodoce tñ mulieris nomẽ producitur,correpta ſecunda in epiſtola eius ad Læandrũ.

Pharaon ¶ Pharaon rex ægypti variatur,ſed doctior eſt a quo corripitur q̃ a quo producitur,quod alios non animaduertiſſe vehementer miror.Arator lib.ij.Nec iam ſua iura Pharaõ ægyptuſq; tenet.In eodẽ.Quem vinxerat ante Pharaon.Claudianus ad Iacobũ magiſtrum equitũ.Sic quicunq; ferox gelidum tranauerit Iſtrum,Mergatur,volucres ceu Pharaonis equi.

Phaon. ¶ Phaon iuuenis a Sappho poetide impatienter amatus,Martia.lib.x.Durus Sulpitiam Phaon amaret.Phal.eſt.Ouidius in epiſtola Sapphus.Arua Phaon celebrat diuerſa Typhoidos Aetnæ.Ideo non imitabor Heraſmum dicentem Phaon æquoreas Venerem tranuexeris vndas.

Aonia. Aonides. ¶ Aonia pro hannonia Galliæ regione,corripitur a Petrarcha in epiſt.lib.i.dicente.Proxima puluereo ſtrepit omnis Aonia campo.at Aonia ab Aon aonis,vnde Aonides muſæ producit̃.Ouidius.Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.

A añ u ꝓducit̃ vt Amphiaraus, Archelaus, cũuis Ga- Archela⁹
guinus corripuit. Nicolaus cõtra ineptulos quoſdã. Nam eiuſdem Nicolaus
originis ſunt cum Menelaus, Proteſilaus, dicunt̃ namq; a laos. i. po
pulus. Ouid. in epiſt. Laodamiæ. Bella gerant alij Proteſilaus amet. ꝓteſilaus.
Idẽ alibi. Redde Parin nobis, Helenã Menelaus habebit. Gaguinus.
Hic patrem illudit dextrã mentitus Eſau. Iuuẽcus. Inde Capharnaũ Eſau.
gradiens peruenit ad oras. Sedulius lib. iiij. Iamq; Capharnaæ ſyna Caphar-
gogam intrauerat vrbis. nomen eſt vrbis iudæę. naum.

## Exceptio.

Danaus.
¶ Danaus ꝓpriũ viri. vñ gręci dñr Danai Verg. li. ęne. ij. Quicqd id œnoma⁹
eſt timeo Danaos & dona ferẽtes. Oenomaus Hippodamię pater.
Papi. lib. i. Theb. Illic mauortius axis Oenomai. ¶ Talaus pro-
prium viri. vide a ante o, Laodocus.

## Eæ, atq; œ, ante vocalem.

Ante a ꝓducitur vt calliopea, Deiopea, Penelo-
pea, Cytherea, & multa alia quæ gręce per ει diphthongõ
ſcribũt, aut per η quã in e longã plerũq; vertimus. Vergi.
Orphi Calliopea, lino formoſus Appollo, dicimus etiã calliope
Penelope &c. ¶ Agea via in naui, teſte Pompeio, ſic dicta ꝙ in eo Aegea.
maximę quæq; res agi ſolebant. Lucillius. Multa foro ponẽs agea-
q; longa replet̃. Contra primitiui naturã producit primã, ſiue ſit ab Agoge.
ago latino, ſiue ab ago græco. i. duco, vnde eſt agoge quod primã Pareas.
corripere in medijs A añ g probabo, contra plures. ¶ Pareas ſine
aſpiratione, teſte Oĩbono in illud Lucani lib. ix. Et contẽtus iter cau Oreas.
da ſulcare Pareas, ſerpentis nomẽ eſt. Oreas. adis, montis nympha,
ab oros. i. mons. Verg. æneí. i. Hinc atq; hinc glomerant̃ Oreades,
illa pharetrã Fert humero. Errauit in hoc, vt in multis, Petrarcha di
cẽs in. iij. Aphricæ. Oreades, Fauniq; leues, Satyriq; frequẽtes Plau
debant. Producitem cẽtaurea, panacrea. althea, galathea, euplea &c.
¶ Ardea corri. vt trabea, cõtra indoctiſſimos quoſdã aliter ꝑcipiẽ-
tes, ſunt em̃ latina. Verg. Gæor. i. Altã ſupra volat Ardea nubẽ. no- Ardea.
men auis. dicta ꝙ ardua petat. Eſt etiam Italię oppidũ. Ouid. ij. Faſt. Trabea.
Cingitur interea Romanis Ardea ſignis. Iuue. Sat. viij. Ancilla na-
tus trabeam & diadema Quirini. Et faſces meruit regum.

## Exceptiones tres.

Obliq̃ ab
¶ Prima acti in ea ab eus fere ę corripiũt. Oui. vi. Met. Artificẽ me- eus.
dijs im mitã Terea flãmis. Nõnunq; tñ producat̃ qđ tñ in ſolis in- Idome-
uẽtis faciẽdũ eſt. Verg. iij. ęne. Idomenea ducẽ deſertaq; littora Cretę. nea.
Idẽ ęne. i. Ilionea petit dextra læuaq; Sereſtũ, hæc variatio accidit te-

ſte Seruio, q̄ græca lingua quintuplex eſt, vtpote Aeolica, Ionica, Dorica, Attica, cōis. nec corripitur ſolū e ante a in acc̄ō nominis in eus, ſed etiā añ i & o et u in ceteris obliquis, quantū ego notare potui, vt Tydei tydeos tydeo tydeū. Ouid. in Ibin. Tantalides tu ſis, tu

Tereus. Tereiq; puer. hic Tereus primā cor. Hora. i. car. ode. vi. Nec curſus duplices per mare vlyſſei. Et ode. xxiiij. Qd' ſi thraicio blandius Orpheo. v'ſus ſūt Aſclepiadæi, ergo in noīatiuo etiā dicimus vlyſſeus Achilleus. Sido. in propētico. Calcat Pirithoūq; Theſeumq;. Phal. eſt. Martia. Flet philomela nefas inceſti Tereos, & quæ Muta puella fuit garrula fertur auis. Ouid. in Ibin. Strymoniæ matres Orpheon eſſe ratæ. ¶ Secunda. thea. i. dea corri. vt Dorothea, Leucothea. de

Aeneas. clarabūtur in e ante us. tamē Galathea & Amalthea producunt, vt Malo me Galathea petit &c. ¶ Tertia. Aeneas viri ꝑpriū in Actis apoſtolicis corri. teſte Valla in Mattheū. Aeneas vero viri troiani

Aeneadę. propriū producitur. Vergil. Aeneas aſſum. hinc tamē æneades patronymicū maſculini generis, inuenio ſemp corripi. Sunt aūt ęneade Romani. Lucre. lib. pri. Aeneadū genitrix hominū diuumq; voluptas Alma venus, Vergi. Quos contra æneade bello fecere prophanos. Sic alij om̄es. nec inficior tamē poſſe produci. Arator Ae-

Albunea. neas viri apoſtolici nomē produxit, ſed in pluribus precipue proprijs hallucinari videtur, ideo amplector Vallæ ſn̄iam. ¶ Albunea mōtis & fontis propriū, hic ab aliquibus excipit̄ non ſatis apte, ſi Seruio credimus, qui vult latinum eſſe, & nomē in albo recepiſſe Vergil. ænei. vij. Lucoſq; ſubacta Conſulit Albunea, nemorū quæ maxima ſacro Fonte ſonat. ¶ Andreas licet Iuuēcus & alij multi

Andreas. produxerint, vult Valla corripi in Mattheū. ¶ Artocrea & ſiquid

Artocrea ſimile ſit. Perſi⁹. Oleum, artocreaſq; popello Largior, an prohibes.

Baleares. Antheas, Reate. is, oppidi nomen. ¶ Baleares populi Hiſpaniæ,

Bareas. fundæ iaciendæ peritiſſimi. a ballin. id eſt iacio correptionis gratia

Bractea. vno. l. extrito. vel a Baleo Herculis comite ibi relicto. Silius libro

Broteas. tertio. Feruida bella ferens Balearis & alite plumbo.

Carneades. ¶ Bareas viri proprium in. iij. Saty. Iuuena. Boreas ventus. Vergilius. Hic tantum boreæ. Bractea. Vergili. lib. vi. æneid. Ilice ſic leni crepitabat bractea vento. ¶ Broteas proprium viri. Oui. v. Metamor. Hinc gemini fratres Broteaſq; & cæſtibus Hammon.

Cleāthes. ¶ Carneades viri proprium. videbis in a ante d. Cleanthes. Per-

Cleadas ſius. Fruge Cleanthæa &c. ¶ Cleadas viri proprium. Sil. lib. vij.

Clearch⁹ Gens Cadini Cleadas. de vnico hic gens dr̄. Clearchus vt Cleāthes

Chorea. & q̄cq̄d a cleos. i. gloria deriuatur. vtrunq; eſt phī propriū. Chorea variat̄ licet grece per ei diph. ſcribat̄. Prop. li. ij. Protin⁹ & nuda cho-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reas imitabere ſura. Vergi. vi. æneí. Pars pedibus plaudunt choreas
& carmina dicunt. Ouid. viij. Meta. Im memores noſtri feſtas duxe
re choreas. ¶ Cyaneæ videbis in i ante a Cochlea. ¶ Idea teſte Idea.
Valla in acta apoſtolica, corripitur, licet Neotericorũ plærıq; pro-
duxerint, quibus nimiſq; libenter aſſentitur contra Vallam Cale-
pinus, ſcribitur græce ειλεα cum ei diphthõgo in prima ſyllaba, &
e tenui ſiue breui in ſecunda ſyllaba. ¶ Leander ſiue Leandrus vi Leander.
ri propriũ, ſunt qui dicant variari propter auctoritatem Philelphi
dicentis in. vi. hecatoſticha decadis nonæ. Mox appula fores nec
enim ceſſiſſe Leandro Gaudeat &c. Verum quia Philelphus in pluri
bus a veterũ inſtitutis defecit, putamus hoc nomẽ tantũ ꝓduci. Oui.
ij. de arte. Sępe tua poteras Leandre carere puella, Tranabas animũ
noſſet vt illa tuum. Martia. Quũ peteret dulces audax Leandrus a-
mores. ¶ Learchus Inous filius. Sta. iij. Theb. Semianimẽ heu lę- Learchus.
to referẽs clamore Learchũ. ¶ Lea ſiue leæna. Ouid. iiij. Meta. Vt Lea.
lea ſæua ſitim multa compeſcuit vnda. Verg. Torua leæna lupum Leæna.
ſequitur. ¶ Malea. Laconiæ promontoriũ variatur, licet grece per
ei diphthongon ſcribatur. Luca. li. vi. Et ratibus longæ flexũ dona-
re Maleæ. Idem lib. ix. Dorida tunc maleãq; & apertã tęnaron vm-
bris. Papi. theb. lib. Arripit extemplo Maleæ de valle reſurgẽs, No Malea.
tũ iter ad Thebas. ¶ Meleager vel grus, viri propriũ. Oui. viij. met. Meleager
q̃quis Meleagron haberet. ¶ Magalea oppidi nomẽ addunt non-
nulli, mihi teſtimoniũ non occurrit. ¶ Nealces viri propriũ. Ver-
gi. x. æne. Deijcit Atroniũ Salius, Saliũq; Nealces. ſiqd fiat a neos. i. Nealces.
nouus corripiatᷣ, vt Neapolis, Nearchus. ¶ Nęęra mulieris ꝓpriũ
Verg. ip̃e Neærã Dũ fouet. ¶ Nemea vel nemee es. vrbs & ſylua Neærea.
Ver. Et vaſtũ Nemeæ ſub rupe leonẽ. Marti. Non Marathõ taurũ, Nemea.
Nemee frõdoſa leonẽ. Mataratius putauit variari, ꝓpter hoc dictũ
Lucani. Nemęi pectora monſtri, ſed fallitur, quia legendum eſt per Nemeæ.
quattuor ſyllabas, Nemeęi pectora monſtri, nam poſſeſſiuũ in ęus
excedit primitiuũ ſaltem vna ſyllaba, vt acta actæus, Creta cretæus
ſic Nemea nemęus. Ouid. ix. Meta. His eliſa iacet moles Nemeęa la-
certis. aliquãdo tñ ſynęreſin patiᷣ. Sil. xiiij. Non frõdoſis morguẽtia
cãpis Abſtinuit marte infido comitata Nemeęis. Itaq; ſp corripie-
mus licet videatur ꝓduci (niſi mẽdoſus ſit liber) apđ Senecã in Her-
cule Oethęo. vbi hoc eſt anapeſticũ dimetrũ, Iuga Spartes Nemeę-
q; ſonẽt. puto legendũ Nemeę ę tetra ſyllabũ, ne in primitiuo etiam
prima dicatur variari, quod nemo adhuc notauit. ¶ Oceanus
maris deus & ip̃m mare, lectum eſt in neutro oceanum. Eſt etiam
viri proprium. Martia. Et quereris ſi te ſuſcitat Oceanus.

Oceanus. ¶Platea variat̃ licet græce ſcribat̃ per ei diphthongon. Hora.lib.ij.
epiſt. Plures ſunt plateæ nihil vt meditãtibus obſtet. Catul. ad Aure
Platea. lium. Non dico, a populo nihil veremur, Iſtos qui in platea modo
huc modo illuc. In re p̃tereunt ſua occupati. Phal. ſunt. ꝓductionis
Platęæ. non occurrit mihi teſtimoniũ aliud ꝙ̃ grãmaticoꝝ, ſignificat autẽ
viam latiorem & cætera. At platæę oppidi Bœotiæ propriũ cum
Platea. æ diphthongo ſcribitur teſtibus Tortellio & Guarino, & dicit̃ ſine
ſingulari numero Platęæ.arum, vnde Plataęnſes populi. Papi. ter
tio. Theb. Vigiles arſiſſe Platæas. Martia.lib.iiij. Et ferro Plateã ſuo
ſonantem. Phal. eſt nõ de oppido Bœotiæ. ſed Celtiberiæ loquitur,
Rhõphea ideo ſine diphthõgo ſcribat̃. ¶Rhomphea licet græce per ei diph-
thongon ſcribatur, inuenitur corripi. Valerius Flaccus lib. vi. Ae-
quacꝫ nec ferro breuio nec rhomphea ligno. Baptiſt. mant. Quam
geri aduerſas feriat romphea cohortes. Eſt gladij ſpecies. ¶Rhea
Rhea. Saturni vxor. Papi. Achil. pri. Sic ſub matre Rhea. Pro matre Auẽ
tini producitur. Verg. vij. æne. Collis Auentini ſylua quem Rhea ſa
cerdos Furtiuũ partu ſub luminis edidit auras. ¶Tegea vnde te-
Tegea. gæus & tegeaticus. Papi. Non tegea, non ipſa deo vocat alite fœlix
Theano. Cyllene. &c. oppidi nomẽ eſt. ¶Theano.us, vt Clio.us, mulieris ꝓ-
Theanũ. priũ. Verg. x. ęn. Quẽ nocte Theano. In lucẽ genitori Amyco dedit
¶Theanũ oppidi nomẽ in.i.epiſt. Horatij. Cras ferramẽta Theanũ
Tolleꝫ fabri. ¶Theatrũ, amphitheatrũ. Ver. Alta theatri &c. theatrꝰ.

Ae ante a **Ae ante a Aeacus Pelei pater, Achillis auus. vñ Aea-**
Aeacus. cides eſt Peleus, vel Achilles, vel Pyrrhus &c. Aeas æãtis, Epiri flu
uius, ponit̃ in i ante u ſperchius. ¶Aea inſula iuxta Phaſin fluuiũ
Aeas. nomen eſt diſſyllabũ, ideo male dixit Gæorgius Valla Placentinus
Aea. Aeęa pro inſula haber̃ ae ante ae qđ verũ non eſt de primitiuo, ſed
Anapæa. bene de deriuatiuo æęus. vnde Circe dicit̃ æęa. Val. flaccus lib. ſexto.
Aſtræa. Illinc iuratos in ſe trahit Aea Batarnas. Idem lib. qnto. Debitus æęis
aſtypalęa. dux Theſſalus appulit oris. ¶Anapæa auis quædã. ¶Aſtræa iu-
Aulæa. ſtitia Aſtrei filia. ¶Aſtipalæa vna cycladum. Aeſtypale. es, eſt in ea
arthacęas. inſula vrbs. ¶Aulæa. orum, velamina picturis intexta. Horat. Si
plauſoris eges aulæa manentis & vſcꝫ Seſſuri &c. Alio nomine di-
Cæa. cuntur peripetaſmata & periſtromata. ¶Arthachæas propriũ vi-
Camelæa ri cum ch aſpirato in tertia teſte Tortellio. ¶Cæa inſula in mari
Carthæa. Aegæo a Cæo gigãte dicta, teſtis eſt Tortellius, vide œ ante u Cœ-
Creſſæa. us. Camelæa herba teſte Guarino. ¶Carthæa vrbis proprium.
Cyttæa. ¶Creſſæa regio Macedoniæ. ¶Cyttæa vrbis nomen.
¶Dicæa vrbis nomen. ¶Dicæarchus iuſtus princeps. dicęos.

id eſt iuſtus, archos id eſt princeps. eſt philoſophi nomen. Dicæa.
¶ Dicæarchia vrbis nomen. Quidam tamen ſcripſerunt cum ae Dicæar-
diphthõgo in penultima dicarchęa. Sido. Namq; Dicarchęæ tranſ chus.
latus puluis arenæ. ¶ Elæa vrbs Lucaniæ quæ etiam hela diceba Dicæar-
tur, hinc patrium nomẽ elæas. atis, vt Arpinas, Aquinas, vt Zeno chia.
et Parmenides Eleates fuerunt. Erythræa inſula. ¶ Galilæa Iudęæ Elæa.
regio. hinc galilæus. a. um, Gæa. id eſt terra, quæ etiam ge dicitur. vn Galilæa.
deſine diphthongo. georgica & geometra teſte Guarino & Tortel- Gæa.
lio, quibus non credo, vt in ae ante o videbis. ¶ Hylæa cum y Hylæa.
græco Scythiæ vrbs teſte Tortellio. ¶ Iudæa. Luca. lib. ij. Capa- Iudæa.
doces mea ſigna timent & dedita ſacris Incerti iudæa dei. Omnibo-
nus inquit. Immo tu incertũ deum colis inſãne poeta. Nam Iudæi Lethæa.
vnum deũ verum ſolumq; colebant. ¶ Lethæa mulieris propriũ Lilæa.
¶ Lilæa duarũ vrbium nomen. Papi. Theba. vij. Coriciũq; ne- Mæãder.
mus propellenteq; Lilæam. ¶ Mæander vel mæandrus Mæo-
niæ fluuius. Ouid. ix. Meta. Non ſecus ac liquidus phrygius Mæan
der in vndis. Eſt ita ſinuoſus flexibus, vt ſępe credatur ad fontem re Męandrũ
uerti. hinc obliquitates omnes mæandros veteres appellarunt. Ci-
cero in Piſonem. Scio quos tu mæandros quæſiuiſti. Eſt etiam pi- Margęa.
cturæ genus quod Feſtus neutro genere mæandrũ declinat, a ſimi Marça.
litudine mæandri. Vergi. quam plurima circũ Purpura mæandro Melibęa.
duplici Melibœa cucurrit. Mæander etiam eſt Iudęæ mons. Nęæ.
¶ Margæa fons. Maræa & Melitæa vrbes. ¶ Nęæ. id eſt fullo- Nyſæa
nes, quia olim a veteribus græcis omnia fere opera e lana nęæ dice Pean.
bãtur. hoc dicit Neſtor. ¶ Nyſæa vrbis nomen. ¶ Pæan Apol
lo, & illius ac cuiuſq; dei laus, Iuue. Parce precor Pæan & tu depone
ſagittas. Verg. vi. ęne. Veſcentes lætũq; choro Pęana canentes. Nec
habet vt inepti docuerunt in genitiuo pæantis. ¶ Phæax Corcy
ræ populus, regio ipſa Phæacia eſt, hinc phæacus. a. um, & phæaci- Phęax.
us. a. um, Iuuuena. Satyr. xv. Tam vacui capitis populum Phæaca Petręa.
putauit. Propert. lib. tertio. Nec mea phæacas æquant pomaria ſyl Pergęa.
uas. Petrarcha primam ſyllabã indocte corripuit, ecloga. x. Phyax Platęæ.
cum y græco corripitur. Oui. iiij. de ponto. Nec vincet Cyclops ſę Propylęa
uum feritate Phyacem. ¶ Petræa nymphæ nomen. Pergæa Dia Scęæ.
na a Perga oppido. ¶ Platęæ. vide e ante a. platea. ¶ Propylęa
id eſt veſtibulum. ¶ Scęæ, Ilij quædam portæ fuerunt. œ ante a.

alpheſi-
Oe ante a. Alpheſibœa ꝓpriũ mulieris, ab alpho. i. in- bœa.
uenio, quaſi bouẽ inueniẽs. Eiuſdem originis ex ſecunda parte bus. Melibœa.
id eſt bos Alpheſibœus, Melibœos, Melibœa etiam vrbis nomen

Eribœa. Eubœa. Stenobęa Dianœ. Hyręades Hõnœa. Gonorrhœa. Pœas. Phornœ. Phoronœa. Phœas.

Eribœa propriũ mulieris, vt Sthenobœa. ¶Eubœa, vnde eubo/icus.a.um. ¶Dianœa figura quedam, & mens ſiue intellectus. ¶Hyrœades cum y gręco propriũ viri. ¶Homonœa propriũ mulieris, interp̃tatur cõcordia. hoc videbis in o ante m. Addit Neſtor quod p̃poſitum oportuit. Gonorrhœa cum vnico n et duplicato rr. interp̃tatur ſemen fluens, nam gonos ſemẽ eſt, rhoe fluxus. gonos etiam filius, vnde Antigonus, Chryſogonus. ¶Oeagrus pater Orphei, vnde œagrius.a.um, vt œagrius hemus. ¶Pœas. antis, pater Philoctetę, nec deſinit in an vt quidã falſo docuerunt. hinc Pœantius dicitur ipſe Philoctetes. Ouidius. Pæne decem totis aluit Pœantius annis. ¶Phoronœa. id eſt ſapientia aut prudentia. ¶Phlœas propriũ viri. vide o ante c. Ochus.

Ae ante e.

E ante e corripitur vt nemee.es. Non eſt autem bonum exemplũ leæna quod dat Nebriſſenſis, quia habet e ante æ diphthongõ, nec bonum exemplũ eſt Cetion, in quo peccauit alius quia producit e ante e, vt iamiam videbis.

## Exceptio.

¶Eetion Andromaches pater, qui apud Ciliciæ Thœbas imperauit, Ouid. iiij. faſt. Rhœtęũq; capax Sigæaq; littora tranſit. Et Tenedo veteres Cetionis opes. Idem. xij. Meta. Eetionęas impleui ſanguine Thebas. Male quidã excipiũt. æęa & Niſæe, qa primũ habet diphthongõ, añ diphthongõ. ſi ſit deriuatiuũ vt diximus. ſecundũ habet ae diphthõgon añ e. Vidi æetion impreſſum cũ ae diphthongo, ſed vitioſe (vt opinor) qa nec Tortellius, nec Neſtor, nec Guarinus, nec Placẽtinus p̃cepit, & Calepinus in litera e ponit Eetion.

Ae ante e. Aeeta.

Ae ante e. Aeeta Colchorũ rex. dicitur quoq; Aeetes æ. pater fuit Medeæ, vñ ipſa ęetias appellat. Dictio eſt Aeta triſſyllaba, ut docet Gęo. Valla, Medea Iaſoni. Accipit hoſpitio iuuenes Aeeta Pelaſgos. ſed qa gręci interdũ diphthongõ añ vocalẽ corripiũt ideo (vt notauit diligẽtiſſimus grãmaticus Nicolaus Ferettus) priã in Aeta nõnunq; corripit, qd rariſſime imitabimur. Hypſiphile Iaſoni, Nõ hæc Aeſonides ſed filia Phaſis Aetæ. Aurea Phryxęæ terga reuulſit ouis. Multi (inter qs eſt Volſcus epiſtolarũ Ouidianarũ enarrator) legũt per o Oete, ſed male, vt ait Ferettus. Ego aũt longe aliter ſentio, legendũ ſcilicet eẽ phaſias patronomycũ a Phaſis, pro Medea, & æetæ, diſſyllabũ, non per ſuam naturã ſed per ſynæreſin, ſic. Filia Phaſias ęetę, nam hãc ſynęreſin idem nomen alibi patit, vt apud eundem vij. Meta. Diſſimilemq; animũ ſubijt pater ęeta reli-

ctus. Vergili. aut alius, in obitu Mecœnatis. Viſcera diſiecti mutauit
arietis agni. Aeetias & ſuccis omne perita ſuis. Aliter Ouidius. vij.
Meta. Concipit interea validos Aetias ignes. ſic in Valerio flacco,
æeta. æetis. idis, & æetius. a. um, vbi autem ſynæreſis eſt, puto dictio
nes integre ſcribēdas vti alueus, aluearia, aureus &c. ¶ Niſæe cum Niſæe.
i in prima vel Neſæe cū e in prima ſyllaba teſte Neſtore gtō Niſęes
nymphæ nomē. Verg. Niſæe Spioq; Thaliaq; Cymodoceq;.

Ante i produciur, vt Deiopea, Deiphobe, Dei- E ante i.
e phobus, Deidamia, Deianira, Theia, Cybeleius, Phœbe Poſſeſſi-
ius, Priameius, Perſeius & ſimilia poſſeſſiua, vbi diphthō- ua i eius.
gus ſoluitur, vt in elegeia, calliopeia. teſtimonia plurima citat Ne-
ſtor, quæ vt inuentu facillima, omitto paucis contentus, ad alia quę
ille non dixit properans. Auſonius in epigrāmatis. Vincas Cuma
nam tu quoq; Deiphoben. Properti. libro quarto. Territa vicinas
Theia clamat aquas. Lucañ. In medijs Echinieis aquis. Vergil. ij. Gę
org. Quid memorādum æque baccheia dona tulerunt. & iij. æneí.
O fœlix vna ante alias priameia virgo. Perſius in præfatione. Can-
tare credas Pegaſeium melos. Scazon eſt. Ouidi. ix. Meta. Neq; ad-
huc Steneleius iras Soluerat Euryſtheus. & lib. x. Hanc ſimul & legē
rhodopeius accipit Orpheus. Ib. Cybeleius Atys. Ibidē. Megareius
heros. Ibidem. Cynereius heros. Talia facile plurima inuenies.

## Exceptio.

¶ Aeneis variatur. Papi. in fine. xij. Thebai. Viue precor, nec tu Aeneis.
diuinam æneida tenta. Ouidi. in ſecundo triſt. Et tamen ille tuæ fœ-
lix æneidos auctor, Contulit in Tyrios arma virumq; thoros. I
dem in tertio de Ponto. Aeneidos vati grande tuliſſet opus. & in ſe-
cundo Triſtium. Sumpſerit æneidem, genitrix vbi prima requiret.
Aeneadū genitrix vnde ſit alma Venus. ¶ Nereis variatur, nec po Nereis.
terit quiſq; ad ſynæreſin recurrere vt forſitan in ęneis & æneades fa
ceret. Ouid. xi. Met. Sed memor admiſſi Nereida colligit orbā. & li.
xiij. Diſcedunt placidiſq; natant Nereides vndis. Papinia. ix. Theb.
Qualiter Iſthmiaco nondū Nereida portu Leucothoen planxiſſe
ferunt ſed ſatis de ꝓductione, in qua nemo dubitauit. Verg. v. ęnei.
Nereidum phorciq; chorus. Papini. ix. Theb. Nereidum miſerata
choros. ſic idem alibi ſæpe Silli. lib. iij. Eluit omnis ab antris Nerei-
dū chorus & ſueto certamine nandi Candida perſpicuo cōuertunt
brachia ponto. Sido in burgo Nereidū chorus alme doce. vocati-
uus eſt chorus. Claudia in præfatione. ij. libri. contra Eutropium.

Sed vereor teneant ne te Tritones in alto Laſciuas doctum fallere Nereidas. Ouid. lib. pri. Meta. Nereides ſyluaſqꝫ tenent delphines & altis. Incurſant ramis. Idem lib. xi. Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu, & li. xiij. Metamor. Nerei te vereor tua fulmine ſęuior ira eſt. hæc eo diligentius collegi, vt manifeſto confutarem quorundã opinionem, dicentiũ Martialem nereis præter aliorũ morem, corripuiſſe in epigrãmate. xxvij. Luſit nereidum docił chorus Aequore toto.

Neippe. ¶ Neippe. es, mulieris nomen. Valerius flaccus lib. vi. In labentis equi tendentem frena Neippen.

Ae ante i. ¶ Pyreicus pictoris nomen. vide i ante r.

Barcęi. **Ae ãn i. Barcęi ppł'i no, vt Sabęi, Deruſęi, Derſei, Chardæi, Chidnæi, Miſpæi, Thamanæi. quæ ſingulariter in æus deſinũt, licet quædam ſingulariter raro inueniantur, ſic Rhipæi, videbis hęc in Tortellio.**

Cæyx. ¶ Cæyx cum y græco, Halcyones maritus

Oe ante i. Onomatopœia. **Oe ãn i. Onomatopœia. i. nois fictio, vt balo, mugio,** hinnio. ab onoma. atos, id eſt nomen & pœeo. id eſt fingo, pœia fictio. Proſopopœia. i. perſonæ fictio. Proſopon perſonã dicimus.

E ante o. **Ante o corripitur. male itaqꝫ dicit in libro Macabeorum Petrus Riga. Quem iam Cleopatræ læſerat intus amor.**

## Exceptio.

Deois. Deois. idis, nymphę nomẽ. Auſonius ad Theonẽ. Virgineas inter choreas Deoida raptã, Suſtulit emerſus ſtygijs fornacibꝰ horchus. Ouid. vi. Met. Aureus vt Danaen Aſopida luſerit ignis, Mnemoſynẽ paſtor, variuſqꝫ Deoida ſerpẽs. Ergo rectius corripił.

Eos eous. heos heous. ¶ Eos. i. aurora, vñ eous pductis prima & ſecũda. i. oriens ſiue oriẽtalis, gręce ſcribił per η quam lrãm in e longã vertimus, dicimuſqꝫ adiectiue eous. a. um, A theos cum aſpiratiõe eſt lux & oriẽs. hinc heſperus & heous. i. oriẽtalis. vtrũqꝫ eſt apud Proper. lib. ij. Siue illã heſperijs, ſiue illam oſtendet heois, Vret et eoos, vret & heſperios. hinc liquet hæc non ſignificatione differre ſed quantitate.

Ethneon. ¶ Ethneon oppidi nomen. vidi hic a quibuſdam exceptum.

Gedeon. ¶ Gedeon vnus iudicum Iſrael variatur. Sidonius in eucharistico. Inficienſqꝫ dehinc non tacto vellere terram Firmaſti Gedeona tubis inſerte canoris. Baptiſta mãtuanus in ſecundo Marianæ. Velleraqꝫ & ſiccos magni Gedeonis imbres. nequirẽt hi duo magis aduerſari. verum quum videam vtrumqꝫ ſæpicule in proprijs præſertim, a veteribus deficere & inter chriſtianos. vterqꝫ magnus eſt neutrum refellendum putaui.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Lageos vitis genus,& hęrba quedā leporaria,a lagos.id eſt lepus. Verg.in.ij.Gæor. Et paſſo pſythia vtilior,tenuiſqꝫ Lageos.

**Ae ante o. Aęcton viri propriū. Ouid.lib. Metamor.** Ac velut abſentē certatim Actæona clamant. Petrarcha vti in plurimis,& hic errauit,dicens in lib.tertio epiſt. Aut indignantē Actæoni ſpectare Dianā. ¶ Aegæon gigas qui etiā Briareus,per triſſyllabū dicit̃. Sta. Audierat duros laxantē Aegęona nexus, Oui. Meta. ij. Aegæona ſuis immania terga lacertis. ¶ Alcmæon phī nomen

¶ Aeolus ventoꝝ rex. ¶ Aeola illius filia. ¶ Aelia regio. ¶ Aeoliæ inſulę. Verg. Aeoliā venit &c. Aeole namqꝫ tibi &c. ¶ Aeon grecū nos ęuū dicimus. ¶ Aręos vel aręus,cētauri nom̄ in.xij. Met.

¶ Gæon.i.Nilus. ¶ Gæorgius nomē viri propriū quod neotericoꝝ quidā variauerūt,ꝗ̄ recte,ipi viderint, Ego producendū tantūmodo cenſeo.interpretat̃ colonus,a gęa vel ge.i.terra & ergon.i. opus.eandem habent deriuationē Gæorgi.populi quidā.gęorgica quæ ad agricultū pertinent. Gæorgia terræ opus.ſeu cultus. ¶ Gæomantia ex terra diuinatio. ¶ Gæometria ſcientia de terræ menſuris Gęometra vel gæometres,terræ menſor. Gęographus qui de terræ ambitu ſcribit,vt Dionyſius & Strabo. Tortellius & Guarinꝰ voluntomnia hæc diphthongari, præter georgica & geometres, quia id ſecundū nomen videtur corripi in ij. Saty. Iuuena. Grāmaticus,rhetor,geometres,pictor,Aliptes. horum opinionem refellit Neſtor,quia hæc apud græcos ſine dubio per æ diphthongon ſcribuntur, ergo etiam apud nos, quocirca in Iuuenale non debet legi geometres ſed Gęometra,productis prima & ſecunda,correptis vero tertia & quarta. Gæorg. Valla placen.lib.xxxviij. cap.xi.dicit apud Iuuena.gæometres legi per ſynæreſin, id quod apud Ouidiū fieri in ęeta docuimus. itaqꝫ cum æ diphthongo ſcribit gæometres contra Tortellium,nec tamen ſecundam dicit produci contra Neſtorem.ſic defendo Auſonium. Ad Vrſulum grammaticum, Vel quot iuncturas gæometrica forma fauorum. hæc ſynæreſis parciſſime admittenda eſt. ¶ Sidonium in valde multis erraſſe comperiet,quiſquis opus noſtrū diligenter perlegerit, veluti etiam in hoc nomine gæometra in libro quarto epiſtolarum. Tractator gæometra muſicuſqꝫ. Phal.eſt. vt apud eundem in laudibus Narbonis. Non huic quum gæometricas ad artes.

¶ Męotis,idis.palus Scythica,cuius piſces Meotides vel męotici dicunt̃. Iuue Sat.xv. Tale qd excuſat Mæotide ſæuior ira Aegyptus, ſic alij om̄es pręter Ouidiū ſemel tantū in.iij.li. Triſt. Longior anti-

Ae ante o
Actæon.
Aegæon.
Alcmæō.
Aeolus.
Aelia.
Aeon.
Aræus.
Gæon.
Gęorgius
Gęorgica
Gæorgi.
Gæorgia.
Gæometria.
gęometra
gęomātia
Geographus.
Mæotis.

quis viſa mẹotis hyems. vbi diphthongō licenter corripit teſte Ne
ſtore. Id nos raro faciamus, nec ad huius exēplū alia corripiamus.
Forſitan Ouidio fuit alia cauſa corripiendi ꝙ Neſtor ait. ¶ Mæon
Mæon. propriū viri. ¶ Mæonia regio. Mæonides vel mæonius.i. Home
Mæonia. rus. Perſius Saty. vi. Mæonides qntus pauone ex Pythagoræo.
Mæōides ¶ Phæocomes proprium centauri apud Ouidium. lib. xij. Meta.
Phẹocōes a phæan quod fuſcum ſicut quaſi fuſcā habens barbam. ¶ Palæo
Palæolo- logus apud Philelphū in prima decimæ, viri nomē. ¶ Pæon me-
gus. Pẹon dicus & pes metricus. ¶ Pæonia herba & regio. Pæones populi
Pæonia. cum æ dipthongo ſcribuntur, teſtibus Tortellio, Guarino, Neſto-
re, licet nonnulli voluerint per œ ſcribi Pœon &c.

Oe ante o Oe añ o. Bœotia regio, a Bœoto Neptuni filio appella-
Bœotia. ta, auctore Nicocrate, vel boue Cadmi duce, vt ait Oui. lib. iij. Met.
Mœnia faccondas Bœotiaq; illa vocato. Inepte igitur dixit Philel-
phus in. vij. quartæ. Temne ſinēs quantū ſus ore Bœotia geſtit. ſcri-
bitur rectiſſime cum œ diphthongo in prima ſyllaba, licet vulgus
Boetia ſcribat, & Neſtor dicat œ habere in ſecunda ſyllaba, & Gẹor
gius Valla dicat tranſpoſitis ſyllabis Boœtia dici, vt cẹyx dicimus,
græci vero cyæx, teſtes mihi ſunt doctiſſimi viri, Hermolaus Bar-
barus, Angelus, Policianus, qui ſe ita inueniſſe in vetuſtiſſimis codi
cibus ſcribit ſic Raphael Regius et Calepinus cum multis alijs.

Bœorix. ¶ Bœorix Cimbrorū. id eſt flamingorū rex a Mario debellatus,
non ſine plurimo romanoꝝ ſanguine. ¶ Homœoſis, homœo te
leutorus, homœopton, homœoptoptō noīa figurarū. ¶ Homœ-
Oeos. omeria.i. ſimilitudo partiū de hoc dicā alibi. ¶ Oeos Attice ppl̄s.

Eanteu. Ante u producitur, vt ſpondẹus pes metricus.

Alphẹus. e Maleus ꝓpriū viri. ut Alpheus ꝓpriū fluuij. ab Alpho.i.
īpetigo ſiue vitiligo, qa ei⁹ aqua dr̄ maculas tolleř. Oui.
v. Met. Quo ꝓperas Arethuſa ſuis alpheus ab vndis &c. Eſt etiā vi
ri ꝓpriū, & tum ſcribit̄ cum æ diphthōgo vt quidā volūt, Baptiſta
mantuanus. Quattuor alphæo Iudam Simona Iacobum.

## Exceptio.

¶ Creuſa Aeneæ vxor. Verg. ſubijt deſerta Creuſa. fuit Aſcanij
Creuſa. mater. ¶ Culeus coleus. ¶ Dorotheus viri propriū, a doron. id
dorothe⁹ eſt donū & theos. id eſt deus, ſic Dorothea. & tranſpoſitis partibus
alia propria. Theodorus, Theodora. ſic Timotheus & Theotimus
ſic Entheus.i. deo plen⁹, ſic alia a Theos.i. deus, vt Leucothea, quaſi
alba dea, leucos albus eſt. hæc omnia inquā corripiūtur, contra in-
doctorum abuſum. Sta.i. Syl. Enthea lauro eſt, finis verſus. Mātua

nus de præſidentia oratoris & poetæ. Habet enthea pectora vates. idem in agone diuæ Margaritæ, Dorotheū, Theodorā, Agapen, quū milia nuper &c. Iuue. Lautorū pueros artem ſcindēs Theodori. Marti. lib. v. Miraris Theodore magna cauſa eſt. phal. eſt. Fortunatus. Et cum Timotheo viuere cura meo. Catulus vetus poeta, cuius opera non extant, is apud Gelliū ait. Aufugit mi animus credo, vt ſolet ad Theotimū. Ouid. iiij. Meta. Leucotheaq; deū cum matre Palęmona dixit. ſic Doſitheus & alia multa. ¶ Euneus propriū viri, & ſiquid a neos. i. nouus deriuaret. ¶ Euganeus. a. um, ab Euganeis mōtibus. Iuue. Euganea quantūuis mollior agna. Sic m̄ſta alia poſſeſſiua, vt herculeus, caucaſeus, tartareus, tenareus, cōcheus. ¶ Matteū cibus q̄dam. vnde matteolicus. i. guloſus. ſed Merula legit cum y græco mattyū. vide Martialē ſi vis hanc rem plene intelligere. ¶ Orpheus triſſyllabū pro Orpheus diſſyllabo. Verg. in Culice tantū non Orpheus Hebrū Reſtantē tenuit ripis ſyluaſq; canendo. ſic Androgeus. ¶ Zebedeus variatur. Iuuēcus. Illi Zebedeum genitorē in puppe relinquūt. Bapt. mantuanus. Tertia de natis tibi Zebedee duobus Edidit.

Entheus. dorotheꝰ theodorꝰ timotheꝰ. Euneus. Euganeꝰ. Matteolicus. Matteū. Orpheus Zebedeꝰ.

**Ae ante u habet regulā generalē.** Omne ferme deriuatiuū in æus a græca dictione, per æ diphthongon ſcribit. vt ex Priſciano collegimus, & ex frequēti poetarū lectione animaduertimus vt a Timo. id eſt honoro, æſtimo, iudico, timæus proprium viri. a ptolæmo. id eſt pugno, Ptolemæus propriū viri. Attici ſine t polemo dicunt. ab acta. id eſt littus Actæus, ab Achaia, achæus, id eſt gręcus. alij dicūt Achęum fuiſſe Xuthi filium. vnde dicta eſt Achaia. Achæi etiam dicuntur achaici & achiui. Actæus. id eſt littoralis, etiam eſt viri propriū. ¶ Agoras id eſt forū, hinc agoræus. id eſt nundinarius. Creta regio, Cretæus. Ida Idæus. Mitylene mitylenęus Thyſbe thyſbeus. ¶ Cyrenę cyrenęus. Phœbe & Phœbus phębęus. Plurimū fiūt eiuſmodi poſſeſſiua a noibus græcis in a vel in e, nec ſolū tñ ab his adeo ut nullā hic videā certā regulā, nam ꝟſibus obtēperaſſe poetas ex eo manifeſtū eſt, ꝙ nunc in æus per æ diphthongō, nunc in ius penultima correpta, in plurimis feciſſe cōperiuntur, vt a Mauſolus mauſolęus, vnde Mauſolęū ſepulchrū. Iulus iulæus. Phryx phryxæus. Cleāthes cleanthęus. Orphęus orphæus. Pythagoras pythagoręus. Amyntas amynthęus. Atlas atlantæus. Cadmus cadmæus. Sillius in pri. Gens cadmæa ſuper regno certamina mouit. Ibidem, Pygmalionæis quondam per cærula terris. A pygmalion. Contra ab Agamēnon, fit penultima breui agamemnonius, vt ibidem. Ante agamemnoniam gratiſſima regna.

Ae ante u poſſeſſiua in æus & in ius. Acheus. Achaia. Acteus. Agoras. Mauſoleum.

Mycenen. A Rhœtus rhœtæus a Lagus lagæus. a Laomedon laomedōtæus, & ſi opus fuerit laomedōtius. ab Eliſa eliſæus. A Pelops pelopæus. a Dionyſius dionyſæus, a Thoas thoātæus. a Gigas gigantæus. a Polydamas polydamātæus. a Polycletus policletæus. a Phlegeton phlegetōtęus. ſic alia innumera in Vergilio, Ouidio, Silio, & alijs notaui. A Cyclops cyclopius penultia breui. Ab Elis elęus, A Maurus mauruſius. Ab Acheron acherōtæus & acheruſius.

Dędalius. Dędaleus
A Dædalus dędalius penultima breui, vel dedalæus per diphthongon. Horatius. Iule cęratis ope dędalæa. Sapphicū eſt. Idem Ode vlti. lib. ſecundi. Iam dædalæo ocyor Icaro. verſus eſt alcaicus dactylicus. Sil. lib. xiiij. Dedaliam repetens pænā qui fraude nefanda. Auſonius. Dędalię pudet hanc latebras ſubijſſe iuuēcæ. Proper. lib. ij. Nec ſic incolumē Minois Theſea vidit Dędaliū lino quū duce rexit iter Colu. li. xi Nec tibi dędaleæ querātur munera dextræ. dicimus quoq; dædalus. a. um, Lucretius in pri. Tibi ſuauis dędala tellus Submittit flores, ſic tam in latinis q̄ in græcis varia fiunt poſſeſſiua. vt a fa-

Faginus. Fagineus.
gus faginus & faginæus. a populus populnus & populeus. A quercus quernus & querneus, quare non damnarē qui vtrūq; dixerit ficulnus & ficulneus. Verg. Et nobis idem Alcimedō duo pocula fecit Fagina &c. Ouid. Faſt. Bis ſua faginea tempora frōde tegit. Claudianus. Populeo ſuſpirat populus ictu, ſic cærulus & cęruleus. A cōcha concheus. Vergi. in Culice. Conchea bacca maris. Item a romu-

Romulus la. lum. Phaetōtius Phaetonteus.
lus romuleus & romulus. a. um. Verg. pri. æne. Nec Romula quondam, Vllo ſe tantū tellus iactabit alumno. A Phaeton phaetontius & phaetontæus. Sil. lib. Nunq̄ phaetōtius amnis Sanguinea pontum turbaſſet decolor vnda. et lib. x. Obuerſam ſpectās ora ad phaetontia prolem. Sta. Theb. pri. Et phaeontęa mundū ſqualere fauil-

Dodōeus Dodonius
la. Idem in tertio dicit, Inacha tecta. quū frequentius legamus inachius. a. um. A Dodona dodonæus. a. um. & dodonius. Verg. li. tertio ænei. Ingens argentū dodonæoſq; lebetas. Claudianus in pri. de raptu Proſerpinæ. Vnde datæ fruges populis & glande relicta, Ceſſerit inuētis dodonia quercus ariſtis. A Perſeus perſęus & perſeius. ſic

Typhoeus & typhoius. Epicureus. Epicurius Neronęus Neronia.
multa alia formātur. nam a Bacchus bacchęus, bacchęius & bacchicus dicitur. A Typhoeus typhoęus & typhoius. Verg. i. ænei. Nate patris ſummi qui tela typhoia temnis. ab Epicurus epicuręus & epicurius. Ouid. in priapæis. Vt credas epicurios citati. Phal. eſt. Sido in epital. Polemij. Aſt epicuræos eliminat vndiq; virtus. ¶ A Nero neronęus & neronianus. Papi. i. ſyl. (fas ſit cōponerē magnis parua) neronæa nec qui modo lotus in vnda, Hac iterum ſudare neget.

¶ A Maro quod Vergilij nomē eſt, maronæus & maronianus.

Idē in quarto ſyl. Tenues ignauo pollice chordas. Pulſo, maronei- Marōęus.
qꝫ ſedens in margine templi. Sumo animū & magni tumulis accā- Maronia
to magiſtri.i.(vt Domitius ait) ad tumulū Vergilij qui erat in Nea nus.
politano & poſſidebat a Sillio poeta. Idem in ſecundo ſyl. Ante an
nos culicis marōiani. Phal.eſt. Pegaſeus & pegaſeius a Pegaſus. Ca Pegaſeus.
tul. Ne ſi pegaſeo ferar volatu. Phal.eſt. Prop.li.ij. Non ſi pegaſeo Pegaſęius
vertere in aera dorſo, Nec tibi ſi Perſei mouerit ala pedes. Seneca in
Necuba. Aetas pegaſeo corripiet gradu. Aſclep.eſt. Perſius. Cātare
credas pegaſeū melos. Scazon eſt. Claudi. iij. de raptu Proſerpinæ.
Quæ talia viuo Auſa tonāte manus rupit ne typhoia ceruix Inari- Typhoiꝰ
men. ¶ A Boreas boræus.a.um. Oui. in quarto Triſt. Vita procul
patria peragēda ſub axe boręo eſt. Ab Arethuſa arethuſius. A Gor
tyna gortynius penultīa breui in Sillio legi. A Meleager meleagrę- Boræus.
us. ab Euander euandrius. E quibus facile intelligimus nullā hic e
regulam, ſed ſolam poetarꝫ obſeruationē. Item a Cyllenæ cylleniꝰ Cyllenius
& cyllenæus. Marcus Manilius lib.i. Tu princeps auctorqꝫ ſacri cyl Cyllenęꝰ.
lenię tanti. Rufus in arato. Conſurgēte freto cedit lyra cyllenæa:

¶ A Parnaſſus parnaſſius & ꝑnaſſęus. Idē in Arato. O mihi nota parnaſſęꝰ.
adyti iam numina parnaſſęi. ſpōdaicus eſt vt p̄cedens. Oui. v. Met. ꝑnaſſius.
Templa tenebamus parnaſſia vidit euntes. Item Hercules facit her- Herculæꝰ
culeus vel herculiꝰ penultima correpta. vt Caucaſus caucaſeus. Ba Heraclæꝰ
ctra bactreus. Ixion ixioneus &c. Heracles vero heraclæus cum æ
diphthongo, quod idem eſt cum herculeus. Iuue. Saty.i. Hæc ego
non agitē ſed quid magis heraclæas. Aut diomedęas. hic Mancinel
lus ait, herculæus quia Hercules latinū eſt. Heraclæus quia heracles
græcum. hanc rationē Mancinelli eſſe admodū frigidā, ex dictis ſa
tis liquere putamus. Nunc pauca ordīe alphabetario ſubijciamus.

¶ Alceus viri propriū, vt quæ ſequunt̄. Alphæus. Antæus. Ari-
ſtæus. Ancęus, Ariæus, Aſtręus. ſic aſtræa, Aridæus, Aræus, Atthę-
us, Aſæus, Annęus quorundā cognomē. vt Annęus Seneca. Mar-
tia. lib. viij. Annæi faceret manus ſereni. Pha eſt. ſic Terētianus, An Annæus.
næus Seneca & Pomponius anteſecūdus. Inuenimus Annius pro Annius.
prium viri penultima breui. Marti. lib. vij. Promenſis habet Anni-
us magiſtros. Phal.eſt. ¶ Bagæus, bæus, Barptolemæus, propria
virorū. ¶ Ceræū oppidi nomē. Cnæus viri nomē. ¶ Daridæus
propriū viri. Cætera iam nota ſunt. a dicte dictæus. a dirce dircæus
Dicæus.i. iuſtus. ¶ Emæus propria viri. Ennoſigęus.i. Neptunus,
quia terrā concutit. enno cōcutio, gæan, terrā. ¶ Hebæus propriū
viri. ¶ Hebræus.i. iudæus. Hylęus cētauri nomē. Hiſtięus viri pro
priū, Hiſtięa oppidū. Hymenęus nuptiarꝫ deus, Hemerithęus febris

ſpecies. ¶ Idæus propriũ & appellatiuũ, Iudæus, Iſæus viri & fluuij nomen, Idumæus quia ab Idume. ¶ Lilybæum vrbs & promontoriũ. ¶ Lyceus mons. ledæus quia a Leda. ¶ Lyæus & lenæus. id eſt Bacchus, a lenon. id eſt lacu. teſte Seruio contra Donatum, qui a mentē leniẽdo deductũ voluit. ſiquidem (vt Seruius ait) græcum eſt, iam nomen græcũ non recipit latinam etymologian.

Lenæus.

Macabę⁹

¶ Maccabæus cum duplici cc & æ diphthongo nomen barbarꝝ, quo vocati ſunt illi viri fortiſſimi, apud ſacras literas nominatiſſimi. hoc docet Calepinus. ¶ Manichęus hæretici nomē. Matthęus duplici tt apoſtoli nomē. Sedul. lib. i. Hoc Matthęus agens hominē generaliť implet. In hoc errauit Riga, vt videbis ĩ a ante t. Mauſolęum dictũ eſt. ¶ Muſæus poeta inſignis. Menechæus cum ch aſpirato viri propriũ, cuius Cicero meminit teſte Tortellio. ¶ Nazaræus quia deriuatiuũ nazara. ¶ Niſæus locus inter Medos vbi eq naſcunť pulcherrimi ¶ Nabathæus a Napth. vñ regna nabathea.

Matthęus

Muſæus.

męcche⁹

¶ Pangęus in ſingulari maſculinũ, in plurali pangæa. orũ, neutrũ teſte Neſtore. ¶ Papæus. id eſt Iuppiter apud Scythas. ¶ Padęus Phranæus & multa poſſeſſiua, vt pheræus phœbæus. ¶ Piræus cum i latino ꝓprium viri. ¶ Pyræus cum y grçco portus athenienſis. Phariſſæus. ¶ Plębæus a plæbs & plura ſatis ex dictis nota. ¶ Pylæus ꝓprium viri. ¶ Pygmæus nanus. ¶ Philippæus a philippus, cuius rei teſtimoniũ in his libris occurret. ¶ Saducęus. ¶ Scarabæus. ¶ Spælęũ. Sigeũ hæc fere poſt patebunt. ¶ Telonæus Tortellius in maſculino genere ponit, alij vo in neutro. Telonæum eſt autem vectigal & publicanoꝝ menſa, A telos. i. tributum & vectigal. Trophæum & quę iam patent thymbręus, Timęus, trochæus. Item quod viri proprium eſt Tyrthæus.

Papæus.

Pyræus.

Pylæus.

Pygme⁹.

Oe ante u, Alpheſibœus, Melibęus, Eubœus, & quęcunq; a bus. i. bos deriuationem habent quia grçce ſcribuntur per oi diphthongum. ¶ Cœus gigas cum œ diphthongo, teſtibus Tortellio, Guarino, Gęorgio Valla, ſic Cœa inſula. Tortellius dicit etiã ſcribi ꝑ æ diphthongõ. Neſtor negat oĩno vallã habere diphthongon. Oui. met. vi. Quoq; modo audetis genitã titanida Cœo Latonã pręferre mihi. Idẽ in epiſt. Cingiť Aegeo nomĩe Cœa mari.

œ ante u.

Cœus.

I ante a.

Niæthus.

## I ante vocaleis. Et primum ante a.

Ante a corripitur, vt Niæthus fluuij proprium cũ i latino teſte Tortellio ſequẽte æ diphthõgo. Sũt tamẽ qui neæthus cum e in prima ſyllaba ſcribant & intelligen

i

tur om̃es regulæ tam de y tenui quod grecũ dicunt q̄; de i latino vt Hyades, Media pro regione, & quecũq; apud grecos ſcribũtur per iota. id eſt i correptũ, inter quæ ſunt omnia virorum propria in ias ex hebreis ſumpta teſte doctiſſimo grãmatico Aelio Antonio Nebriſſenſi, cui vtiq; credo. Auſonius ad omnipotentē deum. Helias & ſolido cum corpore præuius Enoch. hunc recte imitatus eſt diuinus poeta Bapt. Mantuanus. vt, Helias ardenti cœlum petijſſe volatu, Sic Fauſtus quoq; elegantiſſimus elegiarũ ſcriptor, ad Laurentium Carmelitã. Quibus Aelias olim Raptus ab ardẽti ſolido cum corpore curru Indumenta dedit. Iuuencus. Zacharias vicibus cui templũ cura tueri. Idem, Hic ab Arimathia nomẽ geſtabat Ioſeph. Idem corripuit Hieremias, vt Mãtuanus Ezechias. ſed Iuuẽcus produxit Helias, vt Mantuanus in bucolicis, quæ illi adhuc adoleſcentulo effluxerãt, vt ſcribit. Huiuſmodi nomina in ias Alexãder cum venerabili Beda dixit produci. Nec mirũ quia hi non ex græcorũ ſcriptura, non ex veterũ poetarũ ſcriptis, ſed ex Prudentio, Sedulio Petro Riga, & ex aliorum poetarũ Chriſtianorũ libris grãmaticã ſuam confirmauerũt, qui ſæpe errauerũt, vt patebit perlegenti hos libros. Arator produxit Matthias, Ananias, Helias. Sidoni⁹ Apolinaris in euchariſtico Helias produxit, Zacharias corripuit, Prudentius, Golias & ſimilia produxit. Nos hæc omnia corripiamus quia per iota ſcribuntur, vt theologia, monarchia, ſymphonia, euphonia, orthographia, melodia, vt comœdia, gigantomachia, Aſtronomia, gæometria, ſymmetria, Agonia, Athanaſia, ablepſia, Anaſtaſia, Categoria, chirurgia, dyſenteria, dyſuria, Mania, melancholia, euphemia, phantaſia, euchariſtia, vt chariſtia, quod tamen Valla dixit produci. vſia, ſophia, philoſophia contra Priſcianum in accentib⁹. ſunt tamẽ qui illum librũ negent eſſe Priſciani, vbi etiã Vrania male dicitur produci. Mancinellus in figuris fatetur ſe non obſeruaſſe quantitates, quia non potuit ſemp̱ vt pueri carmẽ diſcerent, id tamẽ veteres factitaſſe non comperio. Nos itaq; contra vulgi abuſum hęc omnia corripiamus, & quæcũq; eiuſdem ſunt deriuationis, & quęcumq; non excipiemus, niſi contrariũ veterum auctoritate probetur, nam ijs libenter cedimus, vt qui talia excepiſſemus ſi animaduertiſſemus. Nunc de nõnullis teſtimonia veterum afferam, nam de omnibus nec volo. nec ſi velim poſſum, quia nõ omnia ingreſſa ſunt poetarum libros. Lucret. lib. iij. Harmoniam graij quam dicunt q; faciat nos Viuere cũ ſenſu. Sic homilia. id eſt ſermocinatio, quod teſte Neſtore, cum i latino ſcribit in vtraq; ſyllaba, Martia. lib. vi. Hic pius antiſtes ſophiæ ſua dona miniſtret. Idẽ

Media.

Noĩa hebrea in ias Helias.

Harmõia Homilia.

lib.i. Quū tibi ſit ſophię par fama & cura deorū. Verg. in Ciri. Flore
tis viridis ſophiæ complectitur vmbras. Ibidem. Aeternū ſophiæ
coniunctū carmine nomen. Auſoni. de ternario numero. Tres ſo-
Petrus Riga. phiæ partes tria punica bella trimeſtres. Annorꝫ cœliqꝫ vices. Afra
nius apud Gelli. lib. xiij. cap. viij. Vſus me genuit, mater peperit me
moria, Sophiam vocant me graij, vos ſapientiā. duo ſunt iambici
Sophiam Anapæſtus primus pes ſecundi verſus. Valeat igitur Pe-
trus Riga, multorum errorū pater, dicens in geneſi. Conſtruit eccle
ſiam vera ſophia patris. cum hoc errauerunt Alexander & Petrar
cha, cum multis alijs. Petrarcha quidem dicens li. ij. epiſt. ad conui-
ciatorem. Nacta ſophiæ. verſus finis eſt. Alexander. Chriſtus vera
ſophia &c. Nicolaus Ferettus dicit apud græcos ſophia produci, li-
Philoſophia. cet Martialis corripiat apud latinos, & Phocilides apud gręcos. Ve
rum ego Feretto minime credo, niſi adducat aliquos poetas fide di
gnos, qui hoc nomen produxerunt, quū etiam græce per iota ſcri-
batur, vt rectiſſime Nebriſſenſis docuit. Ita corripitur philoſophia
vt in hoc iambico trimetro. Hoſpes reſiſte & philoſophiā Dorſen
ni lege. Seneca dicit hunc verſum inſculptū fuiſſe Dorſenni poetæ
Phlebotomia. comici monumento, vt refert Petrus Crinitus lib. pri. de poetis lati-
nis cap. xij. Ouid. pri. Faſt. Et prius antiquus dicebat agonia ſermo.
Idem ſecun. Faſto. Proxima cognati dixere chariſtia chari. ſic gala-
ctia. phlebotomia a phlebs aut phleps. id eſt vena & tomo incido.
Abſit ergo vt cum Priſciano vel Mācinello dicamus barbariſmū
eſſe, ſiquis penultima breui philoſophia dixerit aut Vrania, vnius
Vrania. Vranie. nouem muſarū nomen, quæ vranie ſępius appellatur, nam quod
ex Vergilio in opuſculis affertur, admodū debile eſt, quū ibi etiam
ſecūda contra omniū poetarū vſum producatur, & contra primi-
tiui naturā. Vrania poli motus ſcrutatur, & aſtra. Emendandus eſt
hic locus librariorū incuria olim deprauatus, ſic in quā reſtituēdus
eſt. Vranieqꝫ poli motus ſcrutatur & aſtra. Aut. Vranie cœli motus
ſcrutat̃ & aſtra. Aut, Cœlorū vranie motus ſcrutatur & aſtra. Id pa
tet ex plurimis poetis. Claudianꝰ de conſolatū Theodoſij, Vranie
redimita comas. Oui. v. Faſt. Excipit Vranie fecere ſilētia cunctę. Idē
v. Met. Excipit Vranie quecūqꝫ eſt cauſa videndi. Papi. viij. Theb.
Ipſa diu inſpectis lethū prædixerat aſtris Vranie, cupit ille tamē pu-
gnaſqꝫ viroſqꝫ, Vranie eſt etiā Helena ſtella nautis ſuo incēdio mor
tifera, ut docet Lactantius. Bap. Mantuanus in lib. iij. de cala. Vranie
dulci ſeptem diſcrimina cantu. dicitur ab vranos. i. cœlum. In opu-
ſcul. Vergilij plurima fuiſſe vitio librariorꝫ deprauata, clarꝫ eſt ex
Badianis enarratōibus, & hos libros perlegēti clarius liquebit. Sunt

qui philoſophia, theologia, & ſimilia dicant ꝓduci non ratione ſed vſu, quia aures in his adhorrēt correptionē, pauia, papia, Aſtronomia, theologia, Matthias &c. hoc eſt collatrare canibus, corrudere aſinis. nam quoꝝ hæ ſunt tam delicatę aures correptionē in his abhorrentes. Nimirū aſinoꝝ longo abuſu iamolim deprauatæ, quibus obtēperare tam dedecet doctos, ꝙ philomelā inepto cuculoꝝ cuccuc oblectari. Hora. in arte. Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors. Idem, Interdū tamē & vocem comœdia tollit. Cur non ſic euphonia, melodia, proſodia: Martia. hanc norunt vnam ſæcula Naumachiā. Calepinus ſępe dicit penultimā corripi, vbi producit̃ & econtra. ideo niſi ꝓbauerit nulla eſt illi fides adhibenda. Eſt tamē vbi i ante a ꝓducitur, vt ſi græce per. η literā ſcribatur, quā in e longam ſæpius vertimus, aut per ei diphthongū, Inter quę hæc notaui. Plura ſiq̃s ex ꝓbatis auctoribus animaduerter(, his noſtris ad[illegible]at non inuidebimus. ¶ Amphigenia vrbis nomen. Papi. iiij. Theb. Quos fertil' Amphigenia Planaq; miſene mōtanaq; mittit Ithone.

NOTA

Sympho nia.

Euphōia.

Calepin᷒

¶ Aegialia vel ægialea. vel ęgile. es, mulieris ꝓprium, Priſc. in perihegeſi. Cōiugis inceſtę per fraudes ægialię. ¶ Alexandria & alexādrea ꝓducitur vtrumq;, teſte Priſciano lib. i. Sunt qui dicant ea quæ gręce per ia & ea terminant̃, ſub ia corripi, ſub ea vero ꝓduci, hi ſentiunt contra Priſci. & Neſtorē, ideo eis nihil credo, niſi correptionis teſtimonia ex veteribus ꝓferant, Propertius. lib. iij. Noxea alexandrea dolis aptiſſima tellus, ſed hic rectius adiectiuū eſt, per æ diphthongon ſcribendū alexādręa, nam vt ex dictis liquet, ab Alexāder alexādręus ita recte format̃, vt ab Meleager meleagręus, a Cadm᷒ cadmæus &c. Nōnulli hic Alexandrina legerūt. At alexandria ſiue alexādrea ſubſtantiuū eſt ſine dubio in li. iiij. car. Hor. ode. xiiij. Portus Alexādria ſupplex. hic penul. ꝓducitur. ꝟſus eſt Iambicus dimeter hypcatalecticus, habēs quattuor pedes & ſyllabā, portus ſpondæus eſt qa actūs pluralis. Ale. iambus. xandri. ſpōdęus qa trochę᷒ hic non recipit̃. a ſup. iābus. plex ſyllaba ſupans. ſenſus eſt alexādria patefecit tibi Auguſto portus & vacuā aulā. ¶ Anthiochia vel anthiochea teſte Neſtore. ¶ Alabia. i. innocētia ſed rectius ablabea ſcribit̃, quia ei in e ꝟtitur vt cythereia cytherea hoc ait Cale. aliqñ vertitur in i longū, vt elegeia elegia. ¶ Angaria teſte Nebriſſenſi. ¶ Animoria. Theb. vi. apud Papi. Aut cyrrhā tauris animoriāq; ſupināt.

Amphigenia.

ægialia.

alexādria

Anthiochia.

Alabia.

Angaria.

Aniora.

Ariſtocratia.

¶ Ariſtocratia. i. optimatū principatus, ꝓducitur, quia græce habet ei diphthongō, vt docuit Badius in libros Baptiſtæ de patiētia.

Argia.

¶ Argia mulieris ꝓprium. Pap. Theb. ij. Ornatus Argia gerit &c. Eſt quoq; fons & regio & ſemꝑ ꝓducitur. ¶ Alithyia cum yi diph

Alithya.

thongo in penul.ſcribit,legit in quinta ſeptimæ apud Philelphū.
Aſtydāia ¶ Aſtydamia vt Hippodamia,nam ex ſcđa parte eadē eſt origo:
¶ Augias ꝓpriū viri teſte Tortellio. ¶ Anthiaę ꝓpriū viri apud
Lippiū in Oppiano. ¶ Academia rectius corripit. vide A ante C.
Coronia. ¶ Coronia nomē oppidi a Coro centauro teſte Lactātio. Sta. vij.
Theb. Meſſe coroniā baccho gliſanta colētes ¶ Gliſas.antis,etiam
oppidi nomē. ¶ Cyaneę.arū,cum y inſulæ in ponto.hinc adiecti-
uum cyanęus.a.ū,vt Cyanei montes.Luca.li.ij. Cyaneas tellus emi
Cyaneæ. ſit in ęquora cautes.frequēs eſt in Valerio Flacco. ¶ Cyane.es,etiā
Cyranæ cum y gręco nympha & fons,in quē illa conuerſa dicitur,variatur.
Cyane. Oui in.ij.de ponto. Quaq; ſuis Cyanen miſcet Anapus aqs. Idem
lib. Meta.ix.Cognita cyane præſtāti corpore nympha,ſic legit Ne-
ſtor licet nōnulli malint Cyanee tetraſyllabū,ſic in cyane corripent
prima & ſecunda,in cyanee cyanees prima ꝓduceretur,& ſignificat
hoc nomen filiā Męādri,ex qua Miletus tulit Byblida cum Cauno
huic ſentētiæ inhærendū cenſeo.Nam cyane.v. Meta.& alibi ſemꝑ
Dia. corripit quantū ſciam. ¶ Dia inſula.Oui.in.i.de arte.Qua breuis
deidamia æquoreis Dia ferit aquis. ¶ Deidamia Pyrrhi mater.Papi.Achil-
Dulia. pri.Aeaciden furto iam nouerat vna latentē Deidamia virum.
Diana. ¶ Dulia teſte Nebriſſenſi.i.ſeruitus hominis. ¶ Diana variat,ali-
qui inter græca reijciunt,Macrob.in pri.Satur.Vult eſſe latinū.no-
bis quantitatē rite docuiſſe abunde eſt.Ouid.iij. Meta.Ira pharetra-
tæ fertur ſatiata Dianæ.Hora.in car.ſeculari. Phœbe ſyluarūq; po-
tens Diana.ſaphicū eſt. Ibidē.Quidecim Diana preces virorꝫ.ſap.
eſt.Idem alibi.Infernis neq; em̄ tenebris Diana pudicū Liberat Hip
polytū.Ver. Exercet Diana choros. Correptio ē longe frequētior
Deiopia. ¶ Deiopia ſed frequētius dicimꝰ Deiopea,nymphę nomē eſt apđ
Verg.i.ænei. ¶ Elegia nunc; corripit contra Bernardū Veronen-
Elegia. ſem interꝑtem Tibulli,pluresq;. Nam apud Ouidiū male legunt.
(vt cōtra Tortelliū et Domitiū ſentio cum Neſtore)Flendus amor
meus eſt elegia flebile carmen.vbi dicunt pænultimā corripi, pro-
ductis contra omniū veterꝫ conſuetudinē prima & ſecunda, quas
vt peruerſam ſaluēt opinionē dicunt variari,& alibi apud Ouidiū
eſſe ꝓceleumaticū.Inter quas vultu petulās elegia vocat,vbi volūt
prima ꝓducta,cæteras corripi.Veriſſime ꝑfecto aiunt modicū er-
rorem in principio eſſe maximū in fine. ſiquidē pænultimā ꝓduci
ex eo manifeſtū eſt,ꝙ græce per ei diphthongon ſcribit. Marti.lib.
v.Differ opus,nec te facūdi ſcęna Catulli.Detineat cultis,aut elegia
comis.ſic ꝓducitur apud Ouid. Vbi ineptū eſt ad ꝓceleumaticū re-
fugiū.Sta.i.ſyl.Quas inter vultu petulans elegia ꝓpinquat. Aliquā

qua re ſic loquit̃ Baptiſta Pius i illũ ꝟſum Sidonij in epithalamio
Polemij. Phyſica vel logico logicũ vel iũgit ad ethnos, ſi nõ ethos
cauſam, ſed morales ſignificat, ꝑperam poſitũ ꝙ prima breui ꝓfe
ratur ethos. Ethia luſit opuſculũ Callimachus de cauſis. ſ. quẽ Serui
us citat, maxĩo errore lapſuq; pudẽdo Domitij Calderini, ꝗ ethia
trãſfert, eo Martialis carmine legas (ethia callimachi) ad mores ſyl
laba refragãte. hæc Baptiſta pius. ab ethos tamẽ ꝓ more pænultia
longa fit. cacoethes tetraſyllabũ non cacethos authore Politiano
in miſcellaneis capite. xlvi. Antonius Mancinellus dicit ethos pro
more ꝓduci, ꝓ cõſuetudine corripi in prima ſyllaba, vt videbis in
vltimis ſyllabis in es. Nec defuerunt qui ethos ꝓ more æ diphthõ
go ſcriberent æthos, ideo nõ iuſte ſatis rep̃hendi videt̃ Sidonius.
Fretum. ¶ Fretũ. i. mare, ab aquarũ fremitu dictum. Oui. in epiſt. Nota mihi
freta ſunt aphrum tangentia littus. Mendoſe legitur nota aphrum
ſunt freta mihi tãgentia littus. Tibul. Lucra petituros patentia per
freta ventis. Mendoſe vulgo habetur. Lucra petituros per freta

patentia ventis. nam fretum ſemper corripitur.
¶ Geta vel getes. ę. gens truculentiſſima dicente Ouidio. Nulla Ge- Geta.
tis toto gens eſt truculẽtior orbe. Idem in Ibide. Inter ſarmaticas in-
ter geticaſq; ſagittas. mendoſe legit̃ getas, quia ineptũ eſt getas ſa-
gittas. Verg. myuro vſus eſt dicens Mortẽ contẽnunt laudato vul-
nere getę. ſextus pes iambus eſt. Iu. ſat. iiij. Tanq; de geticis aliq̄d tor
uiſq; ſycambris. Mãcinellus legit getis, & dicit hic primã ꝓduci qđ
nunq; imiteris. ¶ Heteros. i. alter vel aliter. hinc heteroclitꝰ & (vt Hetruria.
Neſtor declarat) Hetruria licet ſine aſpiratione quidã ſcribi volue-
rũt Etruria, & alij peſſime cum diphthõgo ætruria. Propꝫtius in. i.
Sit mihi p̃cipue puluis hetruſca dolor. Ver. ij Gęor. Sic fortis hetru
ria creuit. ¶ Meta p̄poſitio græca. i. trans. hinc methodus, meta- Meta.
phora &c. Metros. i. mẽſura. vñ metrodorꝰ, metreta, dimetrũ &c. Metros
Mart. li. v. Plurimus hiſpanas mittet mihi nauta metretas. at meter cũ ſuis.
id eſt mater ꝓducit̃, vnde metropolis, ortygometra &c. ¶ Metal- Metallũ :
lum facile occurret teſtimoniũ. ¶ Metaurus vel um. fluuij nomẽ Metaurꝰ.
Hora. iiij. car. ode. iiij. Teſtis metaurum flumen & haſdrubal. Verſus
eſt alcaicus dactylicus. Luca. lib. ij. In læuum cecidere latus veloxq;
Metaurus Cruſtumiũq; rapax & iũctus ſapis Iſauro. ¶ Metiſcus Metiſcus.
ꝓprium viri. Sil. Iamq; hoſcum rutulumq; pholum ingentemq; Metha-
Metiſcum. ¶ Methanœa penitentiæ dea. Auſo. in epig. Nempe nœa.
vt pœniteat ſic methanœa vocor. ¶ Metyllus venefici nomen. Metyllus
Mart. lib. iiij. Iratum calicem mihi metylli. phal. eſt meterę i populi. Meterę i.
vide iazyx in fine libri primi. ¶ Metabus viri proprium. Sil. lib. Metabus
iiij. Non illum Metabus non illum celſior Vfens Euaſere tamen.
¶ Metellus viri proprium in. ij. Martialis & apud Vergilium &c.
¶ Metopon vide in o, ante p. ¶ Meto & metuo nota ſunt. Meto n.
¶ Metõ viri proprium. Rufus in arato. Sed primęna Meton exor Metho-
dia ſumpſit ab arte. ¶ Methone cum th aſpirato vrbis nomen. ne.
Valerius flaccus. li. i. Nelideſq; periclymenus quem parua metho-
ne. Seneca in Hecuba. An frequens riuis leuibus Methone. Quæ
ſub oethę latebroſa ſyluis. Miſit infeſtos troiæ ruinis. Nõ ſemel ar-
cus. ſapphici ſunt cum adonio. vbi oethæ triſſyllabũ prima pro-
ducta, & troiæ triſſyllabum prima correpta.
¶ Retro aduerbiũ, vnde retrorſum &c. Oui. Acta retro naris &c. Retro.
retro prepoſitio non eſt.
¶ Tetricus mons ſabinorum aſprimus. hinc tetricus. a. um. pro Tetricus.
aſpero, triſti, ſeuero. Martia. in apo. Ne mendica ferat barbati prã-
dia nudi Dormiat & tetrico cum cane pera rogat. Sil. lib. viij. A te
trica comitantur rupe cohortes.

¶Tetra.i.quattuor.vnde tetraſyllabum. Tetradorō pęnultima lō
Tetra cū ſuis.
ga quattuor palmarꝫ.doron.i.palmus.Hora.ſat.iij.Habebat ſępe
ducētos Sæpe decem ſeruos modo reges atqꝫ tetrarchas. ¶Te-
Tetrinio.
trinnire anatum eſt quū vocem edunt,ſi authori Philomelæ credi
mus dicēti.In fluuijſqꝫ natans forte tetrinnit anas. ¶Thetis cum
Thetis.
aſpiratiōe in prima ſyllaba & i latio in ſecūda Achillis mater. Oui.
xi.met.Iuppiter æquorę thetidis cōnubia vitat. ¶Tethys cū aſ-
piratione in ſecūda ſyllaba ſequēte y græco, vxor Oceani variat,
ſed rectius ꝓducit,ꝓductionē vide in vltimis. Mart. verſu ſecūdo
libri quinti.Cæſar & hinc triuiā ꝓſpicis inde.Tethyn. Verg.ecloga
iiij.Quę tentare Tethyn ratibus quę cingere muris.Oppida ꝗ iube
ant.legit quoqꝫ actūs tethyia apud Priſcianū in perihegeſi.

Ae ante t Aetas per ſyncopam pro æuitas, hinc æter-
nus,æterno as. ¶Aethia pro cauſa multi diphthōgo notant,vn̄
æ an̄ t.
æthologia cauſæ redditio. ¶Aether & quicquid eſt ab ætho.i.ar
Aethia.
deo, vt æthra mulieris ꝓpriū & ætheris ſplēdor.æthiops Vulcani
Aetho cū ſuis.
filius,& æthiopię populus,a cremato aſpectu.Ops opos aſpectus
dicit. ¶Aethon ſolis equus,ætherius viri nomē.ſcribit autē ætho
Aether.
cum th aſpirato.Aetna mōtis nomē,eiuſdē eſt originis extrita aſpi
æthiops.
ratione. teſte Georgio Alexādrino in epiſtolā Sapphus vbi dicit.
Aetna.
Arua phaon celebrat diuerſa typhoidos ætnę. Aeteus. Aetites.
Aethalia.
¶Aethalia cum th aſpirato & a in ſecūda ſyllaba,inſula in mari Li
Aetolia.
guſtico. ¶Aetolia cum o in ſecunda ſyllaba ſine aſpiratione, vn̄
ætolus regio eſt cōtigua acarnaniæ. ¶Aeta mōs theſſaliæ vt ait
Calepinus,ſed melius ſcribit cum œ œtha vt dicem⁹. ¶Cæteri,cæ
Cæteri.
teræ cætera,in raro vſu eſt ſingulare cæter,cætera, cæterꝫ qđ con-
iunctio etiam eſt. ¶Cœtus vide in œ diphthongo ante t,cœtus.
Dætor.
¶Dætor oris.viri propriū.ponit hoc Tortellius,ex quo nō pauca
Frætus.
ſumpſimus. ¶Fr ætus.i.confiſus,quidā a fruor deducunt,alij ali
Gætula.
unde. ¶Gætula regio aphricæ.cuius incolæ gætuli dicūtur. Mar.
lib.x.Ad maniū.Tecū ego vel ſicci gætula mapalia Pœni,Et pote
ram ſcythicas hoſpes amare caſas.Idē in quarto epigrāmate. Tra-
dita gætulis nec cepitarena nocētes.ita legendum cenſet Sulpitius,
licet vulgo habeat traducta eſt getulis,qđ Georgius Merula ita cre
dit emendādum Traducta eſt geticis aut gyaris Quādo in vtrūqꝫ
locum relegarent nocētes,nam nimis licēter contra rationē gręcā
& vſum latinorꝫ primas ſyllabas poeta corripuiſſet,nulla metri ne
ceſſitate coactus.Eſt tamē ꝗ corrigat tradita gætulis,quā correctio
nem nō improbam⁹,ꝗꝗ vt vera ſic frequēs lectio ſit traducta nō
tradita. hæc Georgius Merula: Neſtori nulla correctio placet,&

dicit diphthongon corripi, vt in mętotis, & ſecundā vt in appulus contra primitiui naturā, nobis magis placet lectio Gęorgiana aut Sulpitiana, licet mendoſe quoq; apud Agręti ū citetur hic ỽſus, vt oſtendať ſignificatio verbi defero quia ſequiť. Et delator habet qđ dabat exiliū. Itaq; ſi mihi auſcultes nunq; corripies primā aut ſecū dam in gætulus, hinc gætulicus tam ꝓprium q̄ appellatiuū. Iu. ſat. viij. Salue gætulice ſeu tu. ¶ Lætor aris. lætus & quicquid hinc fit vt lætamē, quia ſeges lętas facit. Lætus.

¶ Pætus ꝓprium & appellatiuū ꝓ eo qui oblique in altū reſpicit, & qui oculos leuiter verſat, vt laſciui, hinc Veneris oculi Pæti appellanť. Pætus.

¶ Ræte vel rætis, ræticulum, rætiaculum, rætia ę. irrętire &c. teſte Apuleio vt docet Neſtor nam Apuleij grāmaticā non vidi. Ræte.

¶ Tæter a. um. i. malus, fœdꝰ inſuauis. hinc tetrare verbum Neſtor teſtis eſt a veteribus hanc vocem diphthongo annotatā fuiſſe, quos imitari opępręcium eſt. Tæter.

Oe ante t Cœtus. i. conuentus, cōgregatio, at ꝓ piſce cætus æ diphthongo annotať ſecundū Apuleij ſententiā, teſte Neſtore, licet Gaſparinus & Tortellius diphthongon habere negent, quia græce diphthōgon nō agnoſcit. pluraliter cæte dicimꝰ. Auienus in arato. Diſtante andromedam prolixi tramite mūdi Perterret cætus. hoc eſt contra Seruiū, quia putauit ſingularē ntm̄ nō inueniri. œ ant t. Cœtus.

¶ Cœten græci thalamū vocāt, hinc procœtion antithalamū dicunt teſte Calepino. Cœten.

¶ Fœtus fixum quartę, & adiectiuū fœtus. a. um. fœto, fœtifico fœtuoſus non fœtoſus, fœtura. Fœtus.

¶ Fœteo fœtidus &c.

¶ Hœthyni cum th aſpirato ſequente y gręco, populi quidam teſte Tortellio. Hœthyni

¶ Hœtychius teſte eodē, viri ꝓprium, cum t exili ſequente y græco & ch aſpirato. Hœtychius.

¶ Lœtum. i. mors, a luo teſte Apuleio Priſcianus credit latinū eſſe ab antiquo verbo leo les let, quia mors om̄ia delet, ideo ſine diphthongo ſcribimus letum. Varro a lethe quod obliuionē dicit facit lethum ſine diphthongo cum th aſpirato, nec defuerunt qui cum ę lętum ſcriberent per antiphraſin qđ minime lętum ſit, hinc lœtalis &c. Lœtum.

¶ Mœtius vir doctiſſimꝰ tēpore Horatij, de quo in arte ait. Siquid tamen olim Scripſeris in Mœti deſcendat iudicis aures. Mœtius.

¶ Oetha cum th aſpirato theſſalie mons. vnde Hercules œthęus dicitur, quia in illo mortuus eſt. Verg. in Ciri. Poſtera lux vbi lęta diē mortalibus almū. Et gelido veniens mani quatiebat ab œtha. mēdoſe legebať, & gelido veniēte mane vt docet Badius, quia mane ſemꝑ ꝓduciť, ergo mani legiť iuxta dicta Seruij & Sergij. Interdum diuiditť diphthongus. Vale. flac. lib. ij. Phaſin & Oethen ſcythicicq; pericula ponti Redde ait. vide methone e ante t. Oetha.

¶Oetoſyros Apollo dicit̃. ¶Oetus ſine aſpiratione Aolei filius
Oetoſy- pugnauit cum dijs in Creta. vnde œtij campi. dicit hoc Tortellius
rus. Verg. in culice. Nam victus ſedet immanis ſerpẽtibus œtos Deui
Oetus. ctum mœſtus procul aſpiciens ephialtẽ. male plærisq; in libris ha-
betur othos. ¶Prœtus vir cuius filię prœtides dicuntur.
Prætus. ¶Rhœtus mons troię, hinc rhœteus. a. um. ¶ Rhœteus diſſyllabũ
Rhœtus. viri proprium in primo Valerij flacci.
E añ u. Ante u ꝓducitur, vt leuinus, leuina. Mart. lib.
e vi. In Pompeiano dormis leuine theatro. male autẽ Pe-
trarha in vi. aphricę. Illa ſed aſperior ſententia viſa leuini
Optima. Sic leui, leuita, licet nõnulli hæc ꝑuerſe corripuerunt.

## Exceptio.

Leuis. ¶Breuis breuiare facile occurret teſtimoniũ. ¶Leuis non grauis
Seuerus. leuitas, leuare, Verg. in buco. Ante leues ergo. ¶ Seuerus a ſequẽ
do verꝫ vt Seuerus iudex. Bebelius dicit inepte dici ſeuerus leo pro
crudelis. Verg. amnẽq; ſeuerꝫ. i. triſtem ait Calepinus.
æ añ u. Ae ante u Aeua vxor Adami ꝓtoplaſti. Aeuum æui-
Læuis. ternus græci ęon dicunt. ¶ Læuis teſte Calepino ꝓ plano non
aſpero. Perſius. Troſſulus exultat tibi per ſubſellia lęuis. ſic lęuor,
læuigo &c. Sta. i. theb. Pars teretes lęuare manu ac diſponere mẽſas
Neſtor & Gęorgius valla negant hęc diphthongon habere, quia
leuo gręce cũ ei diphthõgo ſcribit̃, quã in e longã vertere cõſueui-
Læuus. mus aut in i longã. ¶ Læuus. a. um. i. ſiniſter, hic læua ſiniſtra ma-
Næuus. nus græce lęa dicit̃, hinc lęuorſum. ¶ Næuus corporis macula,
hinc næuoſus, & Næuolus viri ꝓprium, & Næueus, næuia hoĩm
Scæuus. ꝓpria. ¶ Scæuus cum ſc. i. ſiniſter, ſcęa ſiniſtra manꝰ græce dicit̃.
Sæuus. hinc ſcęuola viri cognomẽ & aliquãdo nomen. ¶Sæuus. a. um.
id eſt durus, horridꝰ, crudelis, hic ſæuio is. & ſæuitia es. ſęuio is. &c.
œ ante u non inueni.

## Oe ante Z.

œ añ Z ¶Trœzen enis. viri & vrbis nomen, cuius incolæ trœzeni dicunt̃,
Trœzen. diphthõgon habere teſtis eſt Tortellius. Seneca in hecuba. An ma
ris lati ſinuoſa trœzen. ſapphicum eſt, aliquando diphthongus di-
uiditur prima breui. Stat. Et quas vicina trœzen Iungit opes, ita le-
git Hermannus torrentinus an recte neſcio, quia non eſt mihi nũc
Papinius.

## I ante conſonantes in primis ſyllabis.

Libya. i Ante b corripit̃ vt libya vel libye. Lucr. li. ij.

Continuo Libye dominis priuata ſuperbis. ita lego licet vulgo ha Liburnũ.
beatur libya cõtinuo &c. Liburnũ vehiculi genus contra Alexan- Liber.
drum vide a ante r baris. ſic Liburni populi apud Hora. & alios.
Iber iberus vt ex crementis liquet, ideo errat Petrarcha in. ij. aphri- Libanus.
cę dicens. Littus ad iberũ reſonet fibra. teſte Neſtore. Libanꝰ mons
Priſcianus in Dionyſio. Aſt humilẽ libanus claudit portentus in
ortum: Non ſequar Seduliũ lib. iiij. dicentem. Semper habens frõ- Tyberiꝰ.
des & tanq; libana cedrus. Tyberius viri ꝓprium in quo errat Lip
pius vt in prefatione ad Mecœnatẽ meum declaraui. Hora. ij. ſat.
lib. ij. Te tyberi nũerare, cauis abſcõdere triſtem Pertimui. vtũs eſt.

## Exceptio.

¶ Fibula vñ v̾ba reſibulo, diffibulo. Ver. iiij. ęnei. Aurea purpure Fibula.
am, ſubnectit fibula veſtẽ. Mart. li. ix. Iam pedagogo liberatꝰ & cu
ius reſibulauit turgidũ faber penem. Scazon duplex. Papi. vi. theb.
Torto chlamydem diffibulat auro. ¶ Hybernꝰ ab hyems ſatis
patet hybris teſte Nebriſſen. ¶ Ibis. Iu. ſat. xv. Pars hæc illa pauet Ibis.
ſaturam ſerpentibus ibim. ¶ Ibicus viri proprium. Hora. ij. car. Ibicus.
ode. xv. Vxor pauperis ibici. verſus eſt glyconicus. Ibo, ſcibo, ſci-
bam in crementis patent. ¶ Liber. i. bacchus, & mobile vnde li-
bero, liberaꝰ &c. Verg. Liber & alma ceres. Idẽ. libertas q̃ ſera tñ &c. Liber.
pro cortice & codice corripitur. Hora. Hic meret ęra liber.
¶ Libo as. Vergi. Oſcula libauit. ¶ Libum. Idem. Et adorea liba Libo.
per hærbam, ſed Libo ꝓprium viri corripiť apud Hora. epiſt. xx.
¶ Libra licet Neſtor quodam in loco velit corripi, hinc librare &c Libra.
Lucre. lib. iiij. Et libella aliqua ſi ex parte claudicat hilum. Oĩa mẽ
doſe fieri & obſtypa neceſſum eſt, quare nõ imitabor hymnogra-
phum Paulinum Nolenſem epiſcopum dicentẽ. Nardi maria pi-
ſtici. Sumpſit librã mox optimi verſus ſunt dimetri iambici.
¶ Libethrus vel a. mons & fons magneſię muſis ſacer, vnde ipſe li- Libethrꝰ.
bethrides dicunť cum th aſpirato. Ruſus in arato. Et deuota virum
tegeret libethra peremptũ. Verg. in buco. Nymphę noſter amor li
bethrides. ¶ Phibæ teſte goudano. ¶ Scribo vnde ſcriba ę. &c.
Horat. Scribimus indocti. ¶ Scribonius & ſcribonia hominũ
ꝓpria. Propert. lib. iiij. Nec te dulce caput mater ſcribonia læſi. Scriboni
¶ Scriblita placente ſpecies, Mart. lib. ij. Circũlata diu menſis ſcri- us.
blita ſecundis. Verebat nimio ſæua calore manus. ¶ Scibilis vt ſci Scriblita.
bam & ſcibo. ¶ Sibulus vel um ſibilo. Verg. Veniẽtis ſibulꝰ auſtri.
¶ Sibia. ¶ Tibia. Pap. vij. theb. Tibia cui teneros ſuetũ ꝓducere ma
nes, nequeo excuſare Petrarcham in ſeptima. aphricæ dicentẽ. Im- Tibia.
pleat hic ocreas femori tibiaſq; pedeſq; Armet, hinc tibicen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tribulum li. & pro eodem tribula læ, vehiculi genus quo frumēta in area terunt. Verg. i. Geor. Tribulaq; trahæq; & iniquo pondere raſtri. hic neutrū eſt. Varro E ſpicis in area excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis, & tribula hic fœmineū eſt. tribulus autē. i. ſpina corripi notū eſt. Oui. x. met. Lolium tribuliq; fatigant Triticeas meſſes. ¶ Tybur oppidi nomen cū y græco, vide catyllus a ān t

Tyburs. hinc tyburs & tyburtinus & propria tyburtus. vij. æneí. Tyburna Murri vxor apud Sill. li. ij. ¶ Vibius. i. duplicis vitæ, vt anſer anas

Vibius. q; quia tam in terra q; in aqua viuit. Sta. iij. ſyl. Vibia cur magnos æquent animalia diuos? Vibius quoq; viri ꝓpriū eſt. Mart. lib. ix.

Vibidius Vibius hanc Marti ꝓ duce vouit auem. ¶ Vibidius viri nomē. Hora. ſat. vlt. Sūmus ego & ꝓpe me viſcus thurinus & infra (ſi memini) varius cū ſeruilio balatrone Vibidius q̄s mœcenas adduxerat vmbras. ¶ Viburnū breuiſſimū virgultum. Vergi. in buco.

Viburnū Quantū lenta ſolēt inter viburna cupreſſi. ¶ Vibex patet in crementis. ¶ Gibbus poſitiōe ꝓducit̄ a nōnullis male exceptum.

I ante c. Ante c corripitur, vt frico. Mart. lib. iiij. Hinc i oleo corpuſq; frico molliq; paleſtra. Stringo libens. ma

Frico. le in plæriſq; libris omittit̄ priuſq;, quia frico vbiq; corripitur, vti dicax, licet dico producatur.

## Exceptio.

¶ Cliciades viri ꝓprium. Oui. in ibin. Cliciadeq; modo circūdat̄

Cliciades ignibus atris. Sed multi libri habent ꝑ t Clitiades. Aliqui tamē hic exceperunt. Cyce es. ꝑ y græcū mulieris nomen. Hero ad Leandrū

Cyce. Lucidaq; alcyone Cyceq; & alimone nata. Cicorea videt̄ ꝓduci in xi. Colu. quū vere corripiat̄. Horat. li. i. car. ode. xxxi. Me cicoræa leueſq; maluæ. verſus alemanius dactylicus tetrameter.

Dico. ¶ Dico is. tertiæ. nam primæ corripit̄ quod indicant cōpoſita dedico, indico, prædico. ¶ Ficus, hinc ficulnus & ficedula. Mar. Res mira

Ficus. eſt ficus nō habet vnus ager. ficedula videbit̄, in e ante d.

Ficeliæ. ¶ Ficeliæ locus in vrbe quidā teſte Calderino Martialē lib. vi. ſic legente. Incolis & veteres tu quoq; ficelias. Merula tamē ficedulas legit & in antiquo codice ſic ſe reppeririſſe dicit. ¶ Icarus Dædali fi-

Icarus. lius. Oui. i. faſt. Icarus Icarias nomine fecit aquas. ¶ Icaria inſula

Icaria. in mari Icario. Luca. Ipſe per icariæ ſcopulos epheſumq; relinquēs. ¶ Icarius mons atticæ & pater Penelopes. qui icariotus quoq; dicit̄, vnde ipſa icariotis idis dicit̄. Proper. Quæq; ferunt faſtus Icarioti tuos. ¶ Icon iconcula, iconius, iconiſmus, iconiū, authores ſunt

Icon. Neſtor & Sulpitius. ¶ Ico is. ꝑcutio tantū ꝓducit̄, contra multos

Ico.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui contradixerit afferat contra me veteris poetæ teſtimoniũ. Lu-
cre.lib.iij. Percuſſit corpus extra ꝓpellit & icit. In eodem. Nec radi-
citus eſt vita ſe tollit & icit, ſiq̃s dixerit licet is Caper fuerit icit hic p̃te
ritum eſſe, nugas egerit, quia infinitũ icere manifeſto ꝓducit̃ a Ca-
tullo ad Gelliũ in vltimo epig. Infeſtũ tellis icere, muſca caput. mul
tos decepit grãmatiſtaꝝ ꝑuerſitas. ¶ Licium, vnde trilix.icis.te-
ſtiulicitũ liciatoriũ. Luca.li.x. Vt mos eſt Pharijs miſcẽdi licia telis. Licium.
¶Licianus viri ꝓpriũ. Mar.li.i.epig. videbis altam Liciane bilbilim
Iamb.tri.arch. ¶Licheus viri ꝓprium in.xiiij.Sil. ¶Lichen cũ Licianus.
ch aſpirato vt p̃cedens, morbꝰ qui a mento mentagra latine dicit̃. Licheus.
Mart.lib.xi. Non vlcus acre puſtulę ve lucentes Nec triſte mentũ Lichen.
ſordidi ve lichenes, ſcazontes ſunt. ¶Lychas viri ꝓpriũ variat̃ a Lichas.
Vergilio. vide camers a ante m.at ꝓ Herculis famulo in ſaxũ ꝟſo
ſemꝑ corripit̃. Oui.ix.met. Ecce lycham trepidum cum y græco &
ch aſpirato. ¶Mica fruſtillulũ e pane vel alia re decidens, & cœ-
nationis paruæ nomẽ. Mart.li.ij. Mica vocor quid ſim cernis cœ- Mica.
natio parua. Idẽ li.vij. Nullaq; mica ſalis nec amari fellis in illis.
¶ Micypſa viri ꝓprium apud Fauſtũ de victis Genuenſibus. Iam Micypſa.
tribus exhalans natis Micypſa vocatis. Neſcio an veteꝝ authorita
tem ſequat̃. ¶Micylus cum y græco in ſecũda ꝓpriũ viri. Ouid.
xv.met. Micylus illius dijs acceptiſſimus æui. ¶Nice.i.victoria. Micylus.
Nicao vinco, hinc Nicolaus quaſi populi victor. Nicander, nica- Nice cũ
nor, nicophanes, nicomachus, nicoſtratus. nicoſtrata, niceros otis. ſuis.
Nicocrates & alia multa hoim̃ ꝓpria, quæ om̃ia primã ꝓducunt,
licet ꝟſificatores quidã magis q̃ poetę id non obſeruauerint, inter
quos reperiet̃ Riga. ſic Nicopolis oppidi nomen, quaſi victoriæ
vrbs, qđ nomen primã ꝓducit in Baptiſtæ catharinaria, cuius eſt
& hic verſus. Nicomachi proles ſtellis erimanthidos vrſæ. Philel.
Nicolaum quintũ in decadibus ſuis ſemꝑ nicoleon appellat. quia
nicolaus hexametrũ nequit adire. Iu.ſat.iij. Et cæromatico fert nici-
teria collo. Eſt autem niciteriũ vel per e in ſecũda teſte Mancinello
niceteriũ victoriæ premiũ. ¶ Pica. Mar.in diſtichis. Pica loquax
certa dominũ te voce ſaluto. Me ſi nõ videas eſſe negabis auem. Niceteri-
¶Picus alia auis, & vir in eam auem (vt fabulant̃) ꝟſus. Oui.xiiij. um.
met. Picus in Auſonijs proles ſaturnia terris Rex fuit. ¶Picenum Pica.
oppidum italię, hinc picens tis. & picentinus tam appellatiua q̃ ꝓ- Picus.
pria. Sil.lib.vi. Picenũ diues. Mart. Picentina Ceres niueo ſic necta- Picenum
re creſcit. ¶Phycus untis cum y græco oppidum & ꝓmontoriũ.
Luca.lib.ix. Impulit ac ſæuas meritũ phycunta rapinas. Sparſit.
¶Sica breuior gladius quẽ latrones baculo abſcõdunt, hĩc ſicarius Sica.

vnico c ſcribitur a Nebriſſenſi & Calepino, nec video qui contra-
rium præcipiat. dicit̃ quaſi ſeca a ſecãdo, vt aliqui volunt, videbis
in u ante b. ſubula, & o ante q alioqui. Hinc ſicula diminutiuũ apud
**Siciliqu9** Catullum ad ianuam. ¶ Siciliquus menſura cõtinens ſcrupula
ſex volũt dici, ꝙ ſemiũciam ſecet. videto i ante p. Scripulus. Sycos
id eſt ficus. vnde ſycomorus, ſycophanta. vide in medijs ſycomo-
rus, o ante r. ¶ Sicut, ſicuti, ſicubi, ſicunde nota ſunt. Claudi. in. iij.
de raptu ꝓſerpinę. Deſertoſq; choros & ſicubi ſederat olĩ Perlegit.
**Spica.** ¶ Spica. Verg. in Moreto. Allia cum fractis ſpicis, dicit̃ quoq; ſpic9
**Spicus** & qđ plurali caret ſpicum. Cice. in arato. Spicũ illuſtre ferẽs inſigni
**um.** corpore virgo, hinc ſpiceus. a. um. ſpicilegiũ. ſpico as. & inſpico &
ſpiculum haſta in ſpicarꝫ ſpeciẽ, & aculeus. Verg. iiij. Gęor. Et ſpicu-
**Sichæus.** la cęca relinquunt. de apibus loquit̃. ¶ Sichæus, Didus maritus,
variat̃, licet correptio ſit lõge frequẽtior. Verg. Huic cõiunx Sichę-
us erat. Idem. ille Sichæũ &c. ¶ Sicilia græci ſicelia cũ e in ſecunda
**Sicilia.** etiam dicunt, hinc ſicelis. Sappho ad phaonẽ. Quid mihi cũ Leſbo
**Sicelis.** ſicelis eſſe volo. Verg. in buco. Sicelides muſę &c. Hic Sicul9 a. um.
**Siculus.** qđ contra primitiui naturã corripit̃ tantũ. Idem. iij. æneí. Ore are-
thuſa tuo ſiculis cõfundit̃ vndis. Sicilia inſula eſt q̃ alio nomĩe Sica-
**Sicania.** nia & Thrinacria & triqueria dicit̃, Sed ſicania vt ſicanus a. um. pri-
**Sicanus.** mam & ſecundã variat (vt opinor) Verg. æneí. iij. Sicano p̃tenta
ſinu iacet inſula contra. Plenimyriũ vndoſum. Sil. lib. xiiij. Sydera,
eliſęis aderat gens ſicana votis. Idem in eodẽ. Aſtus miſcebant tyri-
os leuitate ſicana. Oui. xiij. met. Sicania tribus hæc excurrit in æq̊ra
linguis. ¶ Sicha viri ꝓpriũ cum ch aſpirato. Sil. ix. At Sicha auxi-
**Sicha.** lium magno turbante dolore. ¶ Siconius viri ꝓpriũ. Catul. Si-
**Siconius** coni arbitrio populi tua cana ſenectus. Spurcata impuris morib9
intererat. vtũs eſt. Quidã cc geminant. ¶ Ticinus fluuij nomen.
**Ticinus.** Sil. lib. i. dũ Romano tuæ ticine cadauera ripæ. ſic cæteri, ideo apud
eundem lib. vi. lego. Adde & ticini ſpumantes ſanguine ripas, licet
vulgo (vt opinor) mendoſe legat̃, adde etiã. hanc opinionẽ nr̃am
adiuuat vir vndecũq; doctiſſimus Baptiſta pius, carpens illud Si-
donij in. iij. paneg. Vltima iam claros quærũt poſt dãna ticini. Cæ-
teri (ait) p̀ma intenta ꝓferunt; quãobrem nollem imitari Serenũ
dicentẽ. Allia p̃cepit ticini ſententia necti. i. ſchola Papienſium, quia
**Ticinum** Ticinum in neutro genere a fluuio nomen oppidi eſt, quam Papi-
am nunc vocant. Errat ſemper Philel. forte per mendoſam Siluij
lectionem deceptus, vt in. x. octauę. Quoſq; pater ticin9 nitida per-
lucidus vnda. Serenus inter neotericos reijcitur ab ęlio Nebriſſenſi
licet inter hos ſit vetuſtiſſimus, & in paucioribus defecerit a ſupio-

ribus, vt habemus ex Petro Crinito. ¶ Trica ę. vel trice es. vrbs Trica:
Cretę. Sene. in hecu. Parua cortynę ſterilisq; trice. ſapphicus eſt. Eſt Apina.
etiam Apulię oppidum, vt apina quę oppida cũ tanto ignominia
euertit. Diomedes, vt in ꝓuerbia abierint. Nam quoties rem nulliꝰ
ꝑcij nominare volumus, tricas apinaſq; vocamus. Mar. Sunt api
nę tricęq; & ſiquid vilius iſtis. Tricę in eadẽ quantitate, ſunt capilli
aut res aliæ quibus gallinarꝝ pedes inuoluunť. hinc extrico. intrico
verba. ¶ Tricies triceni. Mart. bis tibi triceni &c. ſic triceſimus qđ
trigeſimus quoq; dicitꝛ. ¶ Vicus inde vicinus a. um. vicinia, vici Tricies.
nitas. Hora. Turba impia vici, vicies, viceſimus & vigeſimus vice- Triceni.
ni. Ver. in ętna. Vicenos perſæpe dies iacet obruta moles. Mar. li. i. Vicus.
Non plenũ modo vicies habebas. phal. eſt. Addere potes Bichus Vicinus.
viri proprium apud Philel. in. x. vij.

Ante d producitur, vt idus. Martia. lib. iij Lux I añ D.
i tibi poſt idus numeratꝛ tertia Maias. Neotericorꝝ quidam
male corripuit vt idolatra contra Sulpitiũ & plures, qa
idololatra dicendũ eſt prima ꝓducta, q aliter fecerũt carpanť. Oui.
vi. met. Aequa viro fuerat, lydas tamẽ illa ꝑ vrbes. &c. vulgo male
habetꝛ lydias. idẽ alibi. Riſit amatorẽ lyda puella ſuũ, ſic cæteri, ergo
puto emẽdandũ. Phidias ſtatuarij nomen. Mar. li. ix. Lyſippũ lego Phidias.
phidię putaui. phal. lib. x. quoq;. Phidiacę cuperẽt quã meruiſſe ma
nus. ſic cæteri. ideo nõ imitabor Auſoniũ, niſi forſan mendũ ſit, di-
centem in epig. Cuius opus Phidiæ, qui ſignũ palladis eius &c. Pri
dem pridie contra Sulpitiũ, vide i ante d poſtridie.

## Exceptio.

¶ Cnidos vel us, phrygię oppidũ, hinc Cnidius a. um. Neſtor per c
ſcribit qa ꝑ g gnidos non ſcribitꝛ, ſed ꝓferť, vt Caius. Luca. lib. viij. Cnidos.
Paruæ radit ſaxa Sami, ſpirat de littore Coo Aura fluens, Cnidon
inde fugit clarãq; relinquit Sole rhodon magnoſq; ſinus telmeſi-
dos idæ. Compenſat medio pelagi pamphilia puppi- ¶ Cydon Cydon.
cum y græco vrbs cretę, hinc cydon onis. aliquis illius vrbis, & cy
donius. vt cydonia poma, & cydon canis. Stat. vij. theb. Credas e
plebe cydonũ Parthorumq; fuga totidem exiluiſſe ſagittas. Mart.
in diſtichis. Si tibi cecropio ſaturata cydonia melle. Ponẽtur dicas
hæc melimela licet. Sil. ij. Geſaq; latratorq; cydon tectumq; fociq;. Cydoni-
¶ Cydonias adis. contra primitiui naturã primã ꝓducit & ſecundã as.
corripit. Oui. in. i. de arte. Illum Gnoſiades cydoniadeſq; iuuẽcæ, ita
legit Nebriſſenſis. ego vero opinor vitio librariorũq; omiſſum,
& veram lectionẽ eſſe. Illum gnoſiadeſq; cydoniadeſq; iuuencę. ita
habent libri quos ego vidi.

**Cydon.** ¶Cydon viri ꝓprium variat̃.Sta.ix.theb.Et male dilectum miſe-
ræ cydona ſorori.Idē.v.theb.Quid te flaue cydon &c̄.de quo Ser-
uius in illud Vergi.x.æneí. Dum ſequeris clytiū infœlix noua gau
dia cydon,ſic ait.Sane cydon ꝓprium naturaliter ꝓducit̃.cōmune
corripit̃.Stat.etiam in ꝓprio corripuit,vt. Hęc regi ꝓmiſſa cydon.
Quod fecit abutens licentia qua vtimur in noībus ꝓprijs.hæc Ser
uius.vbi docet ꝓpriorꝝ ſyllabas eſſe cōmunes,in qua re decipit̃ vt
in p̄fatione clare docui.Tu igit̃ dic variari Cydon viri proprium.
**Didyme.** ¶Didyme es.cum y græco in ſecunda ſyllaba inſula vna ex ęolijs
**Didymꝰ** Oui.vij.met. At non olearos didymeq; & Tenos & Andros.
¶Didymi orum.etiā cum y græco in ſecunda ſunt montes fœlicis
Arabię. ¶Didymus eadē ſcriptura viri ꝓprium,interpretat̃ ge-
minus,hinc Apollo dictus,ꝙ geminā ſpeciem ſui numinis p̄ferat
illuminādo formandoq; lunam.Mar.lib.iij. Plus habuit didymꝰ
plus philomelus habet. Sedul.lib.v.Cui didymus cognomē erat.
**Dindy-mus.** de Thoma loquit̃. Dindymus cū y gręco in ſecūda montis nomē
poſitione ꝓducit̃,plurale eſt dindyma orum.Oui.iiij.faſt.Dindy-
mon & cybeleus & amœnā frondibus Iden.Eſt quoq; viri nomē.
**Didy-maon.** Mart.li.v.Velle tuum nolo dindyme nolle volo. ¶Didymaon
cū y græco in ſecunda viri nomen.Verg.ænei.v. Et clypeū afferri
**Fides.** iuſſit didymaonis artes.Clypeū artes appoſitio eſt. ¶Fides tertię
& quintę declinatiōis in diuerſis ſignificatiōibus,etiam ſi ꝓpriū fue-
rit.Hora.Muſa dedit fidibus &c̄.Verg.ænei.viij.Accipe daq; fidē
ſic fidelis & ꝑfidus,at verbū fido ꝓducit̃,ſic infidus.fidiculæ corri
pito vt fides vnde deſcēdit,funiculi ſunt quibus extorquet̃ veritas
**Fidius.** ſic fidicen,fidicina & fidius deus qui fidei preeſt,hinc mediuſfidius
iurandi aduerbiū,quaſi ita medius (.i.deus,vnde dij plurale māſit
in vſu) fidius iuuet,hæc declaratio magis mihi placet ꝙ̃ eoꝝ qui
dicunt fidius dici a filius,verſo l in d vt ſit dius fidius Iouis filius,ga
dios Iuppiter eſt.Oui.vi.faſt.Quęrebā nonas ſancto Fidioq; refer
**Fidelia.** rem,hic ſanctus etiā eſt cuiuſdā dei nomē. ¶Fidelia.ę.vaſis no-
**Fidena.** mē.Perſius.Tumet alba fidelia vino. ¶Fidena.ę.vel fidenæ arū
italiæ oppidū variat̃.Iu.ſat.vi.Viuat fidenis & agello cedo paterno
Verg.ænei.vi.Hic tibi nomentū & gabios vrbēq; fidenam.Guido
**Hydor.** ꝓpriū viri variat̃ a Fauſto. ¶Hydor cum y græco aqua eſt,va-
**hydaſpes** riatur a græcis teſte Neſtore,hinc hydrops,hydra,hydria.
¶Hydaſpes fluuius Indiæ.Luca.vi.Qua rapidus ganges & qua ny
ſæus hydaſpes,ſimiliter corripit̃.x.ænei.vbi eſt viri proprium.
¶Idem in neutro genere.vnde identidem.Catul.Qui ſedens aduer
**Idem.** ſus itentidem te.Sap.eſt.Idus.i.viri ꝓprium apud Silliū.lib.ij.
**Idus.**

¶Idume es.iudeę vrbs. vnde idumeus.a. um.Luca.li.iij.Gazaq̨ꝫ &
arbuſto palmarꝫ diues idume. ¶Ideo n ōconiūctio facile occurret. Idume.
¶Idoneus vide ꝓcuro in.ij.li. ¶Idaſmenꝰ viri ꝓpriū. vide melas Ideo.
e aū l. ¶ Midas.ę. vel mida, rex notiſſimus ob auriculas aſininas. Idaſme-
Sta.ij.ſyl. Viue Midę gazis.& lydo ditior auro. Claudi.in.iij.de ſtili nus.
conis laudibus.ditabat rutilo quicquid Mida tangeret auro apud Midas
eundē mendoſe leges Midæ & midam ꝓ nudæ nudam. Rhidium
¶Quidē cōiunctio Oui.i.meta.Ille quidē obſequit̄ ſed te decor &c̄.
¶Rhidiū. Mar.li.ij.Quum ſint cura tibi ſimulent quæ cornua lunę
In rhidio poteras Phœbe lauare pedes.rhidiū(vt inquit Domitiꝰ)
gęometrie dimēſiōis vas, ab.anguſto fundo in oris latitudinē exi-
ens.Idem ait poſſe legi imbricio. Merulæ neutrū placet ,ſed legen-
dam credit rhytium cū y græco in principio, quod ſignificat vas Sidicini.
lunari ſpecie vt ait. ¶Sidicini populi cāpaniæ,apud quos eſt op Triduū.
pidum theanū.Sil.li.v.Nec ſidicina cohors deſit, viridaſius armat
Mille vires. ¶Sidonius dicunt variari,ergo nec hoc nec ſydon
vſq̨ꝫ notaui corripi ,vide crementū. ¶Tridens,bidens,biduū p
regulam generalē corripiunt̄,vt triduū.Mart. lib.ij. Si totꝰ triduo
tibi legat̄.phal.eſt. vulgo habet̄.Si totus tibi triduo legatur, Video.
¶Video Verg.ij.æneí. Quæ ſit rebus fortuna videtis. Viduus.
¶Viduus a.um. vidulus & quicqd habet u ante i.teſte Sulpitio.

I ante f cotripitur vt triformis, de ſimplicibus exem- I ante f
pla non inuenio.

Ante g breuis eſt,vt migro,contra Alexandrū I aū g.
i M.Manlius.lib.iij. Sed tp̄e ſedes Naſcentū acciperent ꝓ- Migro.
prias,ſigniſq̨ꝫ migrarent.Lucre.lib.ij.Inq̨ꝫ locum quādo
remigrat fit blāda voluptas.Phrygiꝰ a.um.apd̕ Vergiliū & alios.

Exceptio.

¶Digentia ę,riui ꝓpriū.Hora.xix.epiſt. Me quoties reficit gelidus Digentia
digentia riuus.Quē mandela bibit rugoſus frigore pagus. Fligo.
¶Fligo verbū.vnde affligo ,infligo &c.ſic fligę arum.Claudi.Fle- Frigus.
ctit & aſſuetū ſpoliis affligit egeſtas. ¶Frigus frigeo ,frigutio ,fri
gero ,refrigero ,frigil ,friguilla auis.ſed rectius (vt Neſtor ait)frigul
lā poſitione ꝓducit̄.ſic quoq̨ꝫ frigo is. ꝓducit̄ verbū tertię.Rufus in
arato.Si matutino friguilla reſultat ab ore. ¶Gygas lacus Lydię Gygas.
hinc gygęus a.um.Prop.lib.iij.Omphale in tantū formæ proceſſit
honorē Lydia gygęo tincta puella lacu.Etiā cum eſt viri ꝓpriū ꝓ-
ducitur.Verg.ix.æneí.Principio phalarim & ſucciſo poplite Gygē
Excipit.Producit̄ quoq̨ꝫ ꝓ puero formoſo,Hora.lib.ij.car.ode.v.

Luna mari Cnidiuſue gyges. verſus eſt alcmanicus dactylicus tetra
meter. At Gyges nomen immaniſſimi gigantis corripitur. Oui. iiĳ.
faſt. Quid grauius victore Gyge captiua tuliſſet. Et in triſt. Cẽtima
nũq; gygen. Sta. ĳ. theb. Dirçeumq; gygen ſcribit̃ ſemp̱ cũ y grȩco
¶ Pyga ȩ. cum y grȩco. Hora. ſat. ĳ. lib. i. Ne nummi pereant aut py-
ga aut deniq; fama, hinc depygis adiectiuũ. Ibidem, Depygis, naſu
Pyga. ta. breui latere ac pede lõgo eſt. ¶ Pygargus capreæ ſylueſtris ſpe
Pygarg⁹ cies, aut (vt vult Plynius) aquilæ genus albicante cauda, nam py-
ga cum y græco cauda eſt, argos albus, nec dicit̃ per d. pygardus.
Iuue. ſat. xi. Sumine cum magno lepus atq; aper & pygargus. ver
ſus eſt ſpondaicus. ¶ Phrygium lignũ aridum vt vult Badius.
Phrygiũ. ¶ Phrygia viri ꝓpriũ apud Oui. in ibin. ¶ Sigȩum troiȩ ꝓmon
Phrygia. toriũ & vrbs, hic ſigȩus a. um. Luca. lib. ix. Sigȩaſq; petit formȩ mi-
Sigæum. rator arenas. ¶ Sigerius. vide a ante t ſaturius. ¶ Stigo in vſu
Sigærius non eſt ſed bene inſtigo, veſtigo &c. Verg. in ætna. Preſſoſq; inſti-
gant agmine ventos. ¶ Strigilis variat̃. Perſius. I puer & ſtrygi
les Criſpini ad balnea defer. Iu. ſat. iiĳ. Sonat vnctis ſtrigilibus, ple-
no cõponit lintea gutto. de hoc in declinatiõibus dictum eſt.
Trigiинta ¶ Triginta trigeſimus, vide a in vltimis a tris, vt a bis viginti vi-
Viginti. geſſis vt treſſis octuſſis &c̃. Mart. xĳ. Amphora vigeſſis modius
datur ære quaterno.

Hilum. Ante I producitur, vt hilum, nullius precĳ res
Miletus. i & fabæ nigrũ. Rufus in arato. Non eget hui⁹ enim ſedes
ſacra numis hilum. Nihilum tamẽ corripit̃. Miletus Io-
niæ vrbs. Mart. lib. viĳ. Nec miletus erat vellere digna tuo. Huius
conditor Miletus etiã dicit̃. Oui. ix. met. Sponte fugis Mileta tua, ce
leriq; carina. Aegeas metiris aquas & in aſide terra Mœnia cõſtitu-
is poſitoris habentia nomẽ. Iu. ſat. vi. Et ſybaris colles hinc & rho-
dos & miletos, ſpondaicus verſus eſt, ſic cæteri. Ideo non imitabor
Aratorẽ ſæpiuſcule in hanc artem peccantẽ, vt ꝑlegenti totũ opus
frequẽter liquebit, is ait li. ĳ. Sicanio lateri remis vicina Mileti. In eo
dem Menſibus hibernis tribus in regione Mileti. Ilithia tantũ p ro-
duci docui in i ante a. ¶ Mile milia ſubſtantiua, nam mille adiecti
uum poſitione ꝓducit̃, vt Sillius poetȩ nomen, licet frequenter im-
primatur & Silius & ſylius.

## Exceptio.

Tilia. ¶ Corripiuntur habẽtia ſ vel t ante i. vt ſtilus, ſileo. tilia. Ouid. viĳ.
met. Quoq; min⁹ dubites teliȩ cõtermina querc⁹. Collib⁹ eſt phry

gijs.ſic cęteri.nec apud Serenũ tilia ſed talea legendũ eſt,vt docui in Pſilotrũ.
talea ante l. Errauit in hoc Neſtor.Hinc tollunt pſilotrũ vnguentũ
quoddam.Mar.lib.iij.Pſilotro faciẽq; leuas & dropace caluam,&
li.vi. Pſilotro nitet aut acida latet oblita creta. ¶Syla cum y græ Syla.
co ſylua & mons Lucanię.Verg.æneí.xij.Ac velut ingẽti ſyla ſum-
mo vel taburno. ¶Silenus Bachi nutritius variat. Verg.in buc. Silenus.
Silenũ pueri &c.Ibidẽ.Cantãte ſileno. ¶Scilicet.Verg.Scilicet is ſu Sylo.
peris labor eſt. ¶Sylo viri ꝓpriũ apud Catullum,video vnico Thyle.
l ſcribi. ¶Thyle es,cum th aſpirato & y græco teſte Neſtore cõ-
tra Tortelliũ, qui cum i.latino ſine aſpiratione tile ſcribi ꝓcipit.dicit
quoq; thule teſte Neſtore,vt cupreſſus ꝓ cypreſſus.Mãcinellus ne
gat ꝑ y ſcribi quia græce habet ου diphthongon,quã in u longum
vertimus,ideo ſolũ ꝑ u thule dicit.Verg.i.Gęor.Tibi ſeruiat vltima
thyle.Sil.Incola thyles.Thylos ſit r ſcriptũ teſte Neſtore cõtra Tor
telliũ,alterius inſulę nomẽ corripit.Priſ.in perihegeſi,id te docebit.
Bilibris corripit cõpoſitione vt trilix,trilinguis. ¶Ciliũ follicu- Cilium.
lus quo oculus integit,a cilere.i.mouere,hinc ſupciliũ qđ pilis obte
gitur.In priapeis.Conueniẽs Latio pone ſupcilium. ¶Cilicia ę.re Cilicia.
gio.vnde cilix,ciliſſa,cilicium ij.vide cilix in crementis.
¶Cylindrus cum y græco in prima ſyllaba,vide a ante r.area.fit a Cylidrus.
cylizo id eſt voluo.eſt lapis.& in Menęchmis coquus. Cylidros
¶Cylydros vel us.cum y gręco vtrobiq;,ſerpentis nomen. Luca.
lib.ix.Cherſydros tractuq; via fumante cylidri.
¶Filix vide crementum. ¶Filimacius & filimacia hominũ pro
pria.Sido.lib.v.Hoc faueat faciem pulcher philimacius vdã.Idem Filimacius
lib.ij.Locarunt matronam Filimaciam ſepulchro.phal.eſt. Filimacia
¶Gilippus proprium viri.Tibul.iiij.Non magni potior ſit fama
Gilippi.ſic apud Vergi.ænei.xij.Gilium loci nomen apud Petrar- Gilippus
cham in ſexto aphricæ.Linquitur ad Læuam Gilium vicinaq; con Gilium.
tra.Stat.iuga.
¶Hilaris hilare &c.græce hilaros dicitur,hinc hilarius & hilarion Hilaris.
propria,& hilarœdus laſciui & delicati carminis cantor.Verg.Et
multo in primis hilarans conuiuia Baccho.
¶Hyle es.Bœotiæ oppidum variatur,quia Nebriſſenſis dicit pro Hyle.
duci ab Homero.Papi.Qui breue littus hyles.pro ſylua & ſarma-
tica gente ꝓducitur.Valerius flaccus.Mouit & hylęa ſupplex cum Hylas.
gente ſyenen. ¶Hylas ę.Herculis puer.Verg.Clamaſſent vt lit-
tus Hyla &c.
¶Hylactor cum y græco vt duo precedentia,canis nomen.vide Hylactor
aglaodos a ante o.

¶ Ilerda ȩ. vrbs hiſpaniæ, vide lamus a añ m. ¶ Ilertes ȩ. cyrenai-
Ilerda. corum dux in ſecũdo bello punico. Sil. lib. iij. Conſilio viridis ſed
Iletes. bello ſerus Ilertes. ¶ Iliſſus fluuius atticȩ, variat᷑ teſte Nebriſſenſi
Iliſſus. & ſcribit᷑ gemino ſſ. ego tamẽ in verſibus quos citat. vidi heliſos,
apud Papiniũ cum e aſpirato & vnico ſ. vide heliſos i ante s.
Ilaris. ¶ Ilaris hilarus &c. ſine aſpiratione nonnulli ſcribunt Apuleius ta-
men aſpiranda cenſet vt dicit Neſtor. ¶ Ilaira mulieris nomen.
vide i ante r. ¶ Lilȩa quarundã vrbium nomen. vide æ ante a.
Lilȩa.
Lilȩus. ¶ Lilæus viri ꝓpriũ. Sil. xiiij. Quã rapidis puppem manibus frȩna
Lilybæũ. re lilȩus Dum tentat ſȩua truncat᷑ mẽbra bipenni. ¶ Lilybȩũ cũ y
græco in ſecũda ſeq̃nte b cũ æ diphthongo Siciliæ ꝓmontoriũ &
vrbs, vide pachynus a ante c. ¶ Milium frumentũ quoddã vo-
Milium. lunt a mille dici, ꝓpter acinoꝝ multitudinẽ. Mart. lib. xij. Frumen-
Milo. tum milium ptiſanãq; fabamq; ſolebas. Vendere pragmatic⁹ nũc
emis agricola. ¶ Milo vel milon athletȩ & alioꝝ nomen, corri-
pitur tantũ a latinis, licet quidã dicãt a græcis ꝓduci. Oui. xv. met.
Robora fletq; Milon ſenior quũ ſpectat inanes. Luca. Põpeiana re
Pila. um clauſerunt ſigna Milonẽ. ¶ Pila ſpærula luſoria. Hora. In-
doctuſq; pilæ. at cum y græco pyla ꝓ colũna ꝓducitur. Verg. viij.
Pilus. æneí. Saxea pyla cadit. Horat. ſat. iiij. Nulla taberna meos habeat
neq; pyla libellos. ¶ Pylus. i. crinis. Catul. Prætor nec faceret pili
cohortẽ, phal. eſt. At pilum ꝓducit᷑ pro telo romano, a perimẽdo
Pilatus. dictũ quaſi perillum, hinc pilat⁹ pilo armatus. Mart. Et pilata redit
iamq; ſubit q; cohors, hinc pilatus cognomẽ infœliciſſimi Pontij,
licet alia ſompnient indoctiſſimi barbariei aſſertores. Sedul. lib. v.
Mox igit᷑ dominũ pilati ad mœnia duci. minus docte corripit᷑ ab
Aratore & nõnullis alijs. ¶ Pylos cũ y græco, vrbs a Nelo Ne-
Pylos. ſtoris prẽ cõdita, vnde Neſtor Pylius dicit᷑. Sta. iiij. theb. Mittit opes
danaaſq; pylos Neleia turmas, Nondũ nota pylos. Oui. li. i. de põ-
to. Crede mihi Pylio Neſtore maior ero, Pileus vndecũq; fiat ꝓ-
ducit᷑. Perſius. Hȩc mera libertas Hanc nobis pilea donant. A pilus
fit verbũ pilare. Mart. Quem præſtas culum quẽ labiene pilas.
Pylene. ¶ Pylene es. cũ y grȩco, vrbs Aetoliȩ. teſte Lactantio. Papi. iiij. theb.
Belli fama viros ſenſit ſcopuloſa pylene. ¶ Philyte apud Valeriũ
Philyte. flaccum. lib. v. vide byzer in crementis. ¶ Philetus vel piletus vi-
Philetus. ri proprium apud Pap. in. ij. ſyl. & in ij. lib. Martiali.
Pylades. ¶ Pylades cum y græco viri propriũ, vide matella a ante t.
¶ Philos. i. amicus, hinc multa ſunt, vt Philoſophus, philoponus,
Philos phileros otis. philomela, philemon, philomelus. philetas, philadel-
cũ ſuis. phus, philippus, philenis, philetes, phillius, œnophilus, philo onis

philodemus, philagrius. philoctetes &c. quæ om̄ia phi ſyllabã cor
ripiunt. Mart. lib. ij. Candide κοιναφιλῶν ſunt hæc tua candide
παντα Quæ tu magniloquus nocte dieq; ſonas, Manilius. lib. i.
Arma philippæos implerent agmine cãpos. Verg. iij ęnei. Parua
philoctetę ſubnixa petilia muro. Proper. lib. ij. Tarda philoctetę ſa
nauit crura machaon. Idem lib. iij. Callimachi manes & Coi ſacra — Philocte
philetę. In veſtrũ quæſo me ſinite ire nemus. Sic philiſteon ꝓprium — tes.
viri. Mart. lib. ij. Mimos ridiculi philiſtionis. ſic hæc & cætera a phi — Philetas,
los ſemꝑ corripiunt, ideo periti poetę nunq̃ in heroicis, elegiacis,
ſapphicis, phaleucijs cæteriſq; generibus tribrachum & ꝓcel eu ma — Philoſo-
ticum reſpuẽtibus, vſi ſunt his dictiõibus philoſophus & philoſo- — phus.
phia, ſed pro ijs ſemꝑ dixerunt ſophus ſophia. quãobrem nolim — Philoſo-
imitari Sidoniũ dicentẽ in epithalamio Polemij. Ilicet ſummi reſi- — phia.
dent ſeptẽ ſapientes. Innumerabiliũ primordia philoſophoꝝ. hic
vnus maiori licentia vſus eſt q̃ cæteri omnes ante eũ. Nec ſequar
vetulum maleferiatũ dicentẽ. Philoſophia exilium patiẽ & philope
cunia regnat Sido. quoq; ꝓduxit philoctetes dicens ad fœlicẽ. Phi
locteta tibi dedit pharetrã. vtũs eſt. verſus aũt phal. vbi in philocte
ta prima male ꝓducit, vt notat Baptiſta pius, ſed forſitan aliqs mo
re Catulliano diceret primũ ped ẽe ſſe iãbum. Phylires populi apd
Priſcianũ in perihegeſi. ¶ Phylæ arum. aut pyle arũ. cũ y græco — Phylæ.
vrbs pluraliter teſte Sulpitio in illud Lucani lib. x. Regni clauſtra — Phylace.
phylæ cum y græco, vt phylace es. oppidũ Theſſaliæ, vbi regna-
uit Proteſilaus. hinc phylacides dictus, producta prima contra pri
mitiui naturã. Oui. in ij de arte. Phylacides aberat Laodamia tuus.
vxor Proteſilai Laodamia. hinc phylacea dicitur vel phylaceria.
Idem in Ponto, Vt viuat fama coniunx phyloceia, cuius Iliacam
celeri vir pede preſſit humum. Luca. li. vi. Quæ tetigit phylace the
leoſq; & dorion ira. ¶ Phylax cuſtos, phylatto cuſtodio. hinc ſi-
quidem corripitur, vt docet arctophylax cum y græco.
¶ Phylira cum y græco in prima, arbor quã latini tiliam appellãt. — Phylax.
hinc phylirę dicũtur tenuiſſimę mẽbranulę inter corticem lignũq; — Phylira.
tiliæ, quibus in coronis oblectabãtur conuiuę. qua de re multa di-
cit Beroaldus in annotationibus, & Politianus in miſcellaneis ca.
lxxij. Ouid. v. faſt. Ebrius incinctis phylira conuiua capillis Saltat.
Hora. i. car. ode. vlt. Diſplicent nexæ phylira coronæ. ſapphicũ eſt.
Pro Chironis matre. ll. duplicat teſte Gęorgio valla. hinc phylliri- — Phyllira.
des chiron, & phyllirius, quod ſecũdam contra primitiui naturam
ꝓducit, aut vnico l phylereius, id rectius credo. Oui. v. faſt. Phylliri
des tenuit ſaxo ſtant antro vetuſto. Ibidem. Excipit hoſpitio iuue-

nem phillirius heros, aut philireius heros. Idem. vij. meta. Non ex-
empta foret pœnæ fugit alta ſuperq;. Pelion vmbroſum phylirę-
acq; tecta ſuperq;. Othryn &c. ſic ſcyllacæum quoq; (vt aſſerit Stra
Scyllacęũ bo lib. viij. teſte Feretto,) ll geminat, tamen Verg. correptionis gra
tia l. vnum abſtulit in. iij. æneid. dicens. Caulonìſq; arces & naufra-
gium ſcylacæum. Scylla quoq; tam mulieris q̃ hærbe nomen l ge
minat, & apud Columellã male vnico l vulgo ſcyla legi putam⁹.

## Ante m in diſſyllabis ꝓducitur, vt cimex icis.

I añ m. i Mart. li. xi. Nec toga nec focus eſt, nec tritus cimice lectus.
In eodem lib. Et teges & cimex & nudi ſponda grabati.
Limus hinc ſublimis, illimis, oblimo as. limẽ. hinc elimino as. ſtry-
mon, hinc ſtrymonius a. um. Luca. iij. Deſeritur ſtrymon &c.

## Exceptio.

¶ Dimas antis viri proprium. vide ephitus e ante p. Papi. vi. thebi
Dimas. Phædymus atq; Dimas.
¶ Fimus. Verg. i. Gæor, Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola neue
Fimus. Errauit in hoc nomine Petrus riga in exodo dicẽs. Cum fimo vi-
tuli carnes coriumq; cremantur.
Hymen. ¶ Hymen variatur. Catul. Hymen o hymenææ hymen ades o hy
menææ. Oui. in epiſt. Turpia famoſus corpora iungit hymen. Hy-
menæus tantũ corripitur, eſt nuptiarum deus.
¶ Mimas antis. mons in minori aſia. Ouid. ij. met. Et tandem niui-
Mimas. bus rhodope caritura Mimaſq;. Eſt quoq; gigantis nomen, vide
ophias i ante a. de quo Hora. quoq; li. iij. car. ode. iiij. Sed quid Ty
phœus & validus Mimas. verſus eſt alcaicus dactylicus.
¶ Nimis aduerbium. Horat. Sed nimis arcta premunt olidę conui
uia caprę. i. meretrices fœtidæ aut fœtores axillarum.
¶ Simon & ſimo, vt Agamemnon & agamemno, vide cremen-
Simon. tum, ideo gaptiſtam producentem non ſequar, multo minus Se-
Simo. dulium dicentem lib. iiij. Stagna petit paruaq; ſedens in Simonis
alno. ¶ Simul. Vergi. ænei. iiij. Quam ſimul ac tali præſenſit pe
Thymũ. ſte teneri. ¶ Thymum hærba apibus gratiſſima cum th aſpira-
to & y græco. Vergi. i. æneid. Feruet opus redolentq; thymo fra-
grantia mella, ſic cæteri, ideo errat Neſtor qui voluit variari, pro-
pter indoctum Macrum maſculine dicentem. Si deſit thymus pro
thymis ponere tymbram Præcipiũt medici. Errauit Macer in val-
de multis, vt opus noſtrum perlegenti patebit. docti thyma non
thymos dicunt. Ouid. i. de arte, olentia nactæ Paſcua per flores &
thyma ſumma volant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I ante m in poliſyllabis corripitur, vt Timãtes tis, pro
prium viri. Vale. lib. iiij. Monitu rediere timantis. fuit etiam pictor
Parrhaſij æmulus vt ait Tortellius, quem niſi vidiſſem, putaſſem
declinari timas antis. vt dimas antis. & ante excepiſſem, hymetus
cum y græco mons Atticæ in. vij. æneí. quidam libri corrupte ha-
bent hymetia pro ſimethia, Timœtes viri proprium. In. ij. æneí.
Chimera ꝗuis a græcis per ei diphthõgon ſcribatur in prima ſyl- Chimera
laba, teſte Hermolao barbaro in. v. Plinij. id notauit Nebriſſenſis
ante me, nam & ipſe Hermolaum in Pliniũ perlegi.

## Exceptio.

¶ Chimerinos .i. hyemalis.. Mar. lib. ix. Si daret autumnus mihi no Chimerinos.
men oporinos eſſem Horrida ſi brumę tempora chimerinos, Di-
ctus ab æſtiuo therinos tibi menſe vocarer. Tempora cui nomen
verna dedere quis eſt.

¶ Cymodoce es. vel cymodocea nympha maris, dicta ꝙ vndas Cymodoce.
maris quieſcere faciat, vide i ante o Spio.

¶ Cymothoe cum y græco, vt precedens nomẽ a cyma .i. fluctus Cymothoe.
& thoo curro, etiam eſt nympha maris. Sil. lib. vij. Ad quæ cymo-
thoe nympharum maxima natu, ſi quid eiuſdem ſit originis pro-
ducatur. Cimmerij populi nomen poſitu producitur teſte Neſto-
re, dimidium producitur compoſitione vt nimirum.

¶ Hymera cum y græco fluuius & oppidum. Sil. lib. xiiij. Armaue Hymera
re ſuos qua mergitur hymera ponto.

¶ Limone mulieris proprium. apud Ouid. in Ibin. Limone.

¶ Mimalion viri proprium. Proper. li. i. Mimalion nullos fugien Mimaliõ
do tulle labores Sæuitiam duræ contudit iaſidos. Ouid. in. ij. de ar-
te. Fleſſe ſub arboribus mimaliona ferunt. Mimallones gemino ll
id eſt bacchę corripitur. Perſius. Torua mimalloneis &c.

¶ Simius & ſimia. Iuue. ſat. viij. Cuius ſupplicio nõ debuit vna pa- Simius.
rari Simia nec ſerpens vnus nec culeus vnus. Mart. in apophore- Simia.
tis. Callidus enixas elidere ſimius haſtas. ſic cęteri, nam apud Statiũ
nunꝗ corripitur cõtra Calderinum, Neſtorem, Bebelium, inepte
legentes ſimium pro nimiũ. verba Papinij in fine ſyluarum ſunt.
Infantem lingua nimiũ ſalibuſꝗ proteruum. inſulſiſſimus ſenſus
eſt ſi ſimium legas, vt cum Sulpitio ſentio. Simię inſulę ſunt in Car
pathico mari, & opinor ſimiliter produci.

¶ Similus agricolę nomen. Verg. in Moreto. Similus exigui cul- Similus.
tor quum ruſticus horti.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶Simethus fluuij nomen. Verg. ix. æneí. Genitor quẽ miſerat arcẽs
Similius. Eductum matris luco ſimethia circũ Flumina pinguis vbi & pla-
Simethꝰ. cabilis ara palici, at Simethus viri ꝓpriũ corripitur. Sil. lib. ix. Ar-
ma fuere decus victori bina Simetho. ¶ Timagenis philoſophi
Timage-nes. nomen Hora. epiſt. xx. Cupit hyarbitam Timagenus æmula vir-
tus. ſic quicquid eſt a time. i. honor (licet æſtimo correptũ quidam
hinc eſſe velint, qđ vt corripi notum eſt, ita hinc deriuari incertum
Timæus eſt) vt timæus, timotheus, timarchus. Sedul. Dum reſidens cæcus
Timo-theus. timæi filius illud. errauit more ſuo Riga dicens in Luca. Bartimęus
timæi filius vnus erat. Fortunatꝰ. Et cũ timotheo viuere cura meo
Timarchus viri ꝓprium eſt, in quarta tertiæ philelphi.

I ante n — Ante n producitur, vt Plinius viri proprium:
i — Mar. Facũdo mea Plinio thalia. phal. eſt Auſo. in epig. vi
dit nubentem Plinius androgynũ. Petrarcha in. ij. lib.
epiſt. ad Rainaldum male corripit dicens. hæc iuga Vergilius, Pli-
nius tenet illa ſecundus. Inarime trinacria vinũ, linum licet a græcis
corripiatur teſte Neſtore. Luca. lib. ix. Et tectum lino ſpargam, per
vulgus oſirim Inachus n habet in ſecunda ſyllaba vt inarine.

## Exceptio.

¶Corripiuntur habentia purum c vel m vel s ante i ¶ Purum
dico ꝓpter crinis, ſcriniũ, clino, inclino &c. ſpinus ſpina quæ ꝓdu-
cũtur. Exempla ſunt cinamomũ, minus ſino is. poetæ vbi cinamo
Cinamo-mum. mum dicere nõ poterant cinnamũ gemino n. dixere, nam eadem
arbuſcula eſt cinamomũ & cinnamum, necq; a cãna dicitur vt in-
Cinna-mum. docti arbitrãtur Luca. li. x. Infundere comę qđ nõdum euanuit au
ra Cinnamon externæ nec perdidit aera terrę, pro cinamomũ per
ſincopam teſte Omnibono. Mar. lib. iij. Et fluere excuſſo cinnama
fuſa vitro. Tortellius teſte Neſtore errauit dicens cinamomũ n ge
minare. Neſtor affert græcum verſum ex Dionyſio in perihegeſi.
vbi ꝓducitur tertia correptis cæteris in cinamomũ. ¶ Cinnyps
Cinnyps cum duplici n & y græco in ſecũda ſyllaba, teſte Neſtore cõtra Tor
tellium, eſt Libyę fluuius, & in. xij. Silij viri ꝓprium. in obliquis ſu
ſcipit aſpirationem, vt cinnyphis hinc cinnyphius. a. um. Verg. iij.
Gęor. Cinnyphij tondent hirci ¶ Tolluntur ab hac exceptione
Chinea collis Brixiæ apud Catullum ad Ianuam, vt interpretatur
parthenius. Minos cretenſium rex. Ouid. viij. met. Omnia poſſide
Minos. at non poſſidet aera minos. Minotaurus monſtrũ labyrintho in-
Minotau-rus. cluſum. Verg. vi. æneí. Mixtumq; genus proleſq; biformis. Mino
taurus ineſt Veneris monumenta nefandæ.

¶Mineus viri ꝓpriū, vnde mineius & mineis idis. Oui. iiij. met. Fi-
nis erat dictis & adhuc mineia ꝓles. Vrget opus. ¶ Mina ę.i. mna Mineus.
libra, dicunt produci. Minę atum. pro cōminationibus corripi, vt
verbum ipſum minor, at mino as. pro ago ꝓduci petrus Riga in
libro Maccabęorꝝ Ex auro clypeum minarū mille minarū Expēte
In hymno diui Franciſci tam poteſt corripi q; ꝓduci Mina gregē
duc ad regem. non adducit alia teſtimonia ad ꝓductionē Neſtor, Mina.
ideo hæc oīa iuxta corripi credo, quia Priſcianꝰ in libello de pō-
deribus ſemꝑ corripit vt Accipe p̄terea paruo quā nomine Graij
Mnam vocitant noſtriq; minam dixere priores. In eodem. Sexa-
ginta minas ſeu vis ſex milia drachmas Miniꝰ nij. ꝓpriū viri apd'
Beroaldum, & Minæi populi apud Priſ. in perihegeſi.

¶ Sinum. i. vas. Verg in buco. Sinum lactis & hæc te liba priape
quotannis. Expectare ſat eſt. dicit' quoq; ſinus ni. Plautus. Ei ne hic Sinum.
ſinus cum vino fertur. pro alijs ſignificatis corripit'. Verg. Sic effa-
ta ſinus lachrymis impleuit obortis. ¶ Synas adis. cū y græco &
vnico n teſte Neſtore Phrygiæ oppidum fœminini generis. Papi. Synas.
lib. i. Syl. Purpura ſola cano phrigiæ quā ſynados antra, Ipſe cruē-
tauit maculis lucentibus atys. Ibidem pro lapide ſynadico maſculi-
ne dixit. Regula lōga ſynada diſtinctum variat. ¶Sina mons qui
etiā ſinai ſaltē in grō græcanico, ꝓducit' a Baptiſta mantuano.

¶ Ginus viri ꝓprium, corripitur in nona ſeptimę Philelphi dicētis
Et meus iſte Ginus. ¶Hinulus ceruorū pullus, & ex equo & aſi- Ginus.
na mulus, variat' vt oſtendit deductum hinuleus. Proper. Atq; hi- Hinulus.
nuli pellis totos operibat amātes. Hora. in odis Vitas hinuleo me
ſimilis chloe. aſclep. eſt. Gęor. valla aſpirat nomen, licet ſint qui ſine
aſpiratione ſcribi p̄cipiant. Idē ſcribit gemino n hinnulus, qd' mihi
non placet. ¶Inula hærba. Colu. lib. xi. Capparis & triſtes inulæ Inula.
ferulæq; minaces. ¶Inuus Pan, hinc caſtrū inui eſt oppidum qd'
nūc nouū caſtrꝝ dicit', ꝙ ibi colebat' Pan. vt dicit Seruiꝰ in illd' Ver.
vi. ęne. Hi collatinas imponēt montibus arces. Pometios, caſtrūq;
Inui bolam q; coramq;. ¶Linus viri nomē. Oui. Et linon in ſyl- Linus.
uis idem pater edidit altis. Verg. Nec linus huic mater &c. Mart. li. i.
Dimidium donare Lino q; credere totū Qui mauult, mauult per-
dere dimidium. Errat Petrarcha ad conuiciatorē dicens. Orpheus
amphion vel natus Apolline Linus. ¶ Lino & linio is. hinc illi- Lino.
nio, oblino &c. Hora. Incōptis allinet atrum. Verg. Seruataq; mel- Linio.
la theſauris relines. Sedulius. Mēbra operis natale lutum per clau-
ſtra genarum. Illiniens hominē veteri de ſemine ſupplet. Errat mo
re ſuo Riga in Tobia dicens. Linijt hinc oculos, fit medicina patri.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Apud Lucretium lib.iiij.ſenſus facile iudicat non illiniaris nec illi
naris legēdum eſſe, ſed illiciaris ſic. Vt melius vigilare ſit ante. Qua
docui ratione cauereq; ne illiciaris Nam vitare, plagas in amoris
ne iaciamur, Non ita difficile eſt q; captū retibus ipſis Exire & va-
lidos Veneris perrūpere nodos. Notate diligenter hæc verba Lu-
cretij. Apud Verg. in ætna non linitur habetur in emendatis libris
ſed per e lenitur a lenior iris. i. mitigor, & eſt optimus ſenſus vt vi-
debis ex doctiſſimi Badij enarratione. ſic igitur legas. Si lenit opus
Ninis. reſtat magis, vritur illic.

¶ Ninus rex aſſyriorum. Ouid. iiij. met. Conueniant ad buſta Nini
lateantq; ſub vmbra.

Ninos. ¶ Ninos vrbs Aſſyriorum maxima quæ Niniuæ quoq; dicitur,
quo nomine in Flandria oppidulū Brabantiæ conterminū, duo-
bus milibus diſtans a gerardi monte, vbi diuus Hadrianus religio
Niniuæ. ſiſſime colitur. Niniuæ eſt mea patria, vbi vterq; parens Ioannes
deſpauterius ſartor, & Margaretha deſpauteria obſtetrix in domi-
no quieſcunt. pro quorum animis orationem dominicam legere
cum angelica ſalutatione ne pigeat te, quiſquis meis laboribus eua
ſeris doctior, id a diſcipulis exigant præceptores ſi iuſtum peto. A
niniue fit niniuita. vndè Niniuita q; niniuenſis dici malui. Luca. Et
fœlix (ſic fama) ninos, ventoſa Damaſcus.

Pynarus ¶ Pynarus fluuius. Priſcianus in perihegeſi. Cui tamē immenſo flu
uij ſe gurgite miſcent Per longū pyramus. ſpacium pinaruſq; vo-
luti Scribitur cum y græco.

Tinarus. ¶ Tinarus viri proprium. Verg. ix. æneid. Irrumpunt aditus rutu-
li vt videre patentes. Continuo quercens & pulcher equicolus ar-
mis. Et preceps animi Tinarus & mauortius Hæmon. hic s littera
interimitur niſi tollas & vel legas martius.

Tinea. ¶ Tinea vermis. Mart. lib. ij. Non metuas mortē Næuole, ſed tine
as. Iu. ſat. vij. Poſitos tinea pertunde libellos. Ouid. xv. meta. Agre-
ſtes tineæ (res obſeruata colonis) Ferali mutāt cum papilione fi-
guram, ſic cæteri quotquot ſunt fide digni, quo circa variari nō re-
cte dicit Neſtor, neq; em̄ imitabor Serenum dicentē. Natura inter-
na eſt cum viſcere tinea ſerpens. Nec Sedulium lib. iiij. Non mor-
dax ærugo vorat, non tinea ſulcat. Nec Rigam in Luca. In terris
vbi ſunt ærugo, tinea, fures.

Tines. ¶ Tines etis. apud Philelphum in. i. ix. idem tamē in. ij. vi. male pro-
duxit linus. Tinias. ¶ Tinias, cum i ante a, fluuius prope Meuaniam. Sil.
lib. viij. Et lauat ingentem perfundens flumine ſacro Clitumnus
taurum Narq; albeſcentibus vndis In tybrin properans Tiniaq;

inglorius humor. Et clanis & rubico & ſenonum de nomine ſenę.
¶ Tynichus cum y græco & ch aſpirato in tertia, eſt viri nomen.
Marullus. At non ſic Tynichuſq́ ſenex ſpartanaq́ natum Fleuit
eris molli mollior ipſe nuru.
¶ Trinoctius, trinodis & ſimilia compoſitione noſcūtur Auſo. de
numero ternario. Trina tarentino celebrata trinoctia ludo.

i Ante p corripitur, vt Scyphus cum s ante c ſe- *I ante p*
quente y græco nō cyphus, nec vſq́ producitur, vt con
tra Tortellium bene docet Neſtor. nec em̄ apud Vergi.
in emendatis codicibus eſt in. vij. æneid. Hoc pater anchiſes cypho
libabat ad aras ſed auro libabat, cū Tortellio errat Sulpitius. Mar.
lib. viij. Hic ſcyphus eſt in quo miſceri iuſſit amicis Largius æaci-
des & bibit ipſe merum. Deceptus eſt Tortellius (ſi Neſtori credi-
mus) gloſſa interlineari vbi habetur auro. i. cypho expuncta libra
riorum vitio s littera. ¶ Niphates, q̄q́ apud græcos ei diphthō *Niphates*
go ſcribatur teſte Nebriſſenſi. Iuue. Quoſdam facit iſte niphate In
populo cypros. Ouid. x. meta. Telluris Cypriæ pars optima &c. *Cyperus*
¶ Cyperus qđ Sulpitius male dicit produci, pro hoc tamē Neſtor
inepte cyprus legerat apud Sulpitiū. Homerus in. iij. odiſſeę. Ende
kypeiros eſt heroici finis. Theocritus in i. edyllio teſte Neſtore ſimi
liter prima breui ſecundā ꝓduxit, ſcribit per y græcū in prima ſyl
laba & ei diphthōgon in ſecūda ſyllaba quam vertimus in e lon-
gum vel i longum, vt cyperus vel cypirus, arbor eſt dicta a latinis
liguſtrum. Eſt hærba quoq́. in hoc errat Macer dicens. Cum trito
validum cypiro ſi iungis acetū. fructum ꝓducit candidum. Hiero.
in canticis ca. i. Botrus cypiri dilectus meus mihi in vineis engadi.
mendoſe legitur cypri. Cyperus quoq́ eſt viri proprium. Marti.
li. viij. a piſtore Cypere non recedis. phal. eſt. *Hypocrita.*
¶ Hypocrita corripitur vt omnia ab hypo. id eſt ſub, veluti hypo-
cauſtum, hinc hypocritius a Philelpho ſemper corripitur pro ſi-
mulatore. nam hypocriſis ſimulatio, quaſi ſubtectio iudicij, ab hy-
po cum y græco. id eſt ſub, & criſis, id eſt iudiciū, ideo teſte Neſtore
errauit Riga in Leuitico dicens. Aurea facta foris ſimulans hypo-
crita fingit. errat Sulpitius & quotquot putant hoc nomen poſſe
produci, quia optime ſic hexametrū ingreditur. Peſſimus a popu
lo vult ſanctus hypocrita dici. Papi. in ſyluis. Vbi languidus ignis
inerrat Aedibus & tenuem voluunt hypocauſta vaporem. Hypo *Hypocauſta.*
cauſta ſunt vaporaria vbi ſudamus in thermis. Syphax vide cre-
mentum, ideo errat Petrarcha in viij. aphricæ. Nuncius hoſtem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aduentare refert, ſyphacis filius vltro. aliquando idem corripit, quia putauit propria variari, in quo errat vt docui in prefatione.

Dyſpil9. Cippus, Hippocrates & ab hippos cætera poſitione producuntur vt Dyſphilus malus amicus. Nam dys cum y græco in compoſitione malum indicat. hinc Dyſcholus. Iuue. ſat. iiij. Non eſt Romano cuiq; locus hic vbi regnat Protogenes aliqs vel dyſphilus aut

Diphilus erimantis. Mancinel: tamen Diphilus legit pro Iouis. i. cæſaris amico, nobis prior opinio magis placet.

## Exceptio.

Grypus. ¶ Grypus eſt gryps & naſus aduncus & ænygma, Gryphon græci inſolubile dicunt. vide crementum.

Hypates. ¶ Hypates is. fluuius ſiciliæ. Sill xiiij. Hypatem ac facilem ſuperati gurgite parco, Pantagiam cum y græco video ſcribi vt Hypate oppidi nomen.

Iphus. ¶ Iphis viri proprium & puellæ in virum verſæ, dicitur ab iphi. i. robur. quicquid igitur fit ex iphi producatur. Oui. ix. met. Vota puer ſoluit quœ fœmina vouerat Iphis.

Iphigẽia. ¶ Iphigenia & iphianaſſa mulieris proprium, vide i ante a.

¶ Iphitus viri proprium. Verg. ij. ænei. Iphitus & Pelias mecum.

Iphitus. ¶ Iphinous viri proprium. vide danis a ante n.

Iphino9. ¶ Iphinoe es. proprium mulieris. Vale. flaccus lib. ij. Dicta placent portatq; preces ad littora graijs Iphinoe.

Iphiclus. ¶ Iphiclus viri nomen. Proper. lib. ij. Cognitus Iphicli ſurripuiſſe boues.

Iphilus. ¶ Iphilus viri proprium in primo Valerij flacci.

Iphias. ¶ Iphias patronymicum. Ouid. v. triſt. Auſaq; inacceſos iphias ire rogos. propter hæc errauit Petrarcha, quia credidit propria eſſe cõmunia dicens in vi. aphricæ. Cernit Iphim & nimio conſumptã byblida luctu.

Niphe. ¶ Niphe licet nonnulli libri habeant nymphe, nam nymphe cum y græco hic legendum non eſt. cum ſit hic niphe nympha dianæ nomẽ & interpretatur teſte Regio lotrix a potu niphin. i. a lauando, vide rhanis a ante n.

Pipilo. ¶ Pipilo as. paſſerum eſt cum vocem edunt. Catull. de paſſere. Ad ſolam dominam vſq; pipilabat. phal. eſt.

Idem. ¶ Pipo/as. Varro in aboriginibus. mugit bos, ouis balat, gallina pipat. Author philomelæ. Accipiter pipat, miluus hianſq; lepit. Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit. Ego columellæ auſcultandũ puto de gallinaceis pullis dicenti in lib. ix. cap. v. Animaduertat an pulli roſtellis oua percuderint, & auſcultetur ſi pipiant. corripitur quoq; pipinna vndecunq; ſit a Mart. in lib. xi.

¶Rhipęi montes ſcythici, a rhipixo.i.flo, quia ventis perpetuū ob-
noxij ſunt. Verg.Gęor.iij.Gens effrena nimis rhipęo tundit̄ euro.
¶Rhipheus viri nomē. vide ephitus e ante p. ¶Ripa.Verg. Non Ripheus;
bene ripæ credit̄. At rhipæ arum, ꝓ montibus arcadiæ corripitur, Ripa.
vide Betulum e ante t, ſic rhypes cū y græco achiuoꝝ populi, hoc
nomen corripi credimꝰ. ¶Scipio, ꝓpriū & appellatiuū. Sil.xiij. Scipio.
Aſpicit & ſubito turbat̄ Scipio viſu. Hora.i.ſat.lib.ij. Attamē & iu-
ſtum poteras & ſcribere forte Scipiadam. Plautus in aſinaria. Scio
eſſe q̄ꝫ me hunc Scipionē contui. Iambicum trimetrū eſt. ſic cæteri
quotquot fuerūt digni fide, multi in hoc errauerunt, inter quos eſt
Petrarcha dicens vt alibi ſępe in tertia aphricę. Maximꝰ in magno
Scipio notiſſimꝰ orbe. aliquādo tamē ꝓduxit, nec miror, nam ſibi
ꝑſuaſerat ꝓpria variari. ¶Scrypulū quod y in u verſo dicit̄ ſcru-
pulum, ponderis genus eſt. Mar.lib.v. Saturnalitię ligulā miſiſſe ſe
libræ Flāmariſue togę ſcrypula tota decem. Luxuria eſt. Idem li.x.
libras ſcrypula ſextulaſq̄ꝫ dicit. phal eſt. Oui. aut alius de medicamīe
faciei. Quinq̄ꝫ parant marathri ſcrypula, myrrha nouem, ſic cęteri
quibus fides habenda eſt. Errat igitur Macer dicens, Quattuor aut
ſcrypulos mihi ſignificare videt̄. & Priſcianus in carmine de pon-
deribus (ſi Priſciani ſit, quia pluſcula ſunt in hoc carmīe doctis nō
imitanda) vbi dicitur. Siciliquus drachmę ſcrypuli ſi adiectio fiet.
Sæpe idem nomē ponit & ſemper corripit. maſculinū apud vete-
res non legi. ¶Sipho onis. fiſtula aut canalis tubus, ꝑ quē vrgē-
te ſpiritu aqua vel alius liquor omittit̄, hinc diminutiuū eſt ſiphun Sipho:
culus.i. exigua fiſtula ex ære, plūbo aut marmore, ex qua exilit aq̄
e fonte. Iu.ſat.vi. Effigiemq̄ꝫ deę longis ſiphonibus implent. Sipus.
¶Sipus untis. oppidum a multitudine ſepiaꝝ. ſepius prius dictum
hinc ſipōtinus vt Nicolaus perottus Sipontinus. Sil.lib.viij. Quę-
ſiuit calaber ſubducta luce repēte Immēſis tenebris & terrā & litto-
ra Sipus. li.v. Quas recipit ſalpina palus & ſubdita Sipus Mōtibus
¶Sypharīū cum y gręco, ſunt qui dicant eſſe mimoꝝ p̄mium, alij Syphari-
velamē eſſe putant ſcænaꝝ, vide grāmaticoꝝ diſſenſiones in illđ um.
Iuue.ſat.viij. Conſumptis opibus vocē damaſippe locuſti Sypha
rio clamoſum ageres vt phaſma Catulli. ¶Stypendium cum y
græco teſte Neſtore contra primitiui naturam corripitur, quia a
ſtype dicitur teſte Varrone, Catullus, Indomito nec dira ferens ſty- Stypen-
pendia tauro. Sido. Quæ captiua dedit quondam ſtypendia bar- dium.
chę, Idem contra oīm authoritatē corripuit lib.viij dicens. Poſſit
fœdere ſub ſtypendiali. phal. eſt. hoc non imitandū eſt teſte Bapti-
ſta pio. ¶Stipes, itis. Vergi. Stipitibus duris agitur, ſunt ꝗ deriuēt Stipes;

a ſtyps & cum y græco ſtypes ſcribunt. ¶Stypa vnico s teſte Ne
Stypa. ſtore & y in u verſa ſtupa dicitur, hinc ſtupeus.a.um. Verg.ij. æneí.
Subijciunt lapſus & ſtupea vincula collo Innectunt. Geor gius val
la vult pp geminare ſtyppa, ſtuppa, ſtyppeus, ſtuppeus.
¶Stypo as.i.cōdenſo & rimas obturo, qa in hoc ſtypa vti ſolem?
Oui.iij.met. Quęq́; comitū turba eſt ſtypata ſuarū.at corripiunt
ſtipula & ſtipulor.aris. Verg. ſtridenti ſtipula &c. Iu. Quantū vis ſti
Tiphata. pulare & ꝓtinus accipe quid do. ¶Tiphata orum. collis ꝓpe Ca
puam. Sil.xij. Arduus ipſe tiphata Inuadit propior.
Tiphys. ¶Typhys cum y gręco in ſecūda ſyllaba nautę nomen. Vale.flac.
Typhon lib.i. Peruigil arcadio tiphys pendebat ab aſtro. ¶Typhon onis.
gigas & impetuoſa ventorū rotatio. Manlius lib.iiij. Quum fuge
ret typhona Venus ſubſedit in vndis. Oui.ij.faſt. Terribilē quondā
fugiens typhona dione. Iterū Manilius lib.ij. Merito typhonis ha
bent Horrendæ ſedes quē tellus ſæua ꝓfudit Quū bellum cęlo pe
perit. Pro vento autē Luca.li.vij. Et trabibus mixtis auidas typho
nas aquarū Detulit, mēdoſe legebat phytonas teſte fidiſſimo inter
prete Lucani Verulano. nullos inueni veteres qui Typhon corri
puerint, ideo nolim imitari Martianū Capellam in hoc, cōtra oīm
authoritatem corripientem in ſecūdo lib. quum dicit. Diſſona ſa
cra mitram ditemq́; ferumq́; typhonē. Neq́; Philelphum dicentē
in iij. vi. Redderer inferior fieremq́; typhonis amator. & in v. viij.
Dicta typhonæo crepitent tua grandius ore. Typhœus eiuſdē gi
gantis nomen, primā ſemper corripit, vt in ſynalœpha & hyp̄me
tris viſum eſt. ¶Triphillis apud Priſcianū in perihegeſi.
¶Vipera. Ouid.x.meta. venenū Vipera diffundit creſcenteſq́; ab
ſtulit annos.

I añ Q Ante q corripitur, vt ſiquidem, etiam vbi ora
Sigdem. i tio eſt licet tūc quoq́; ꝓduci poſſet. Oui.iiij.faſt. Sed ſi for
te tibi non eſt mutabile pectus Statq́; ſemel iuncti rūpere
vincla thori. Hoc quoq́; tentemus ſiquidem ieiuna remanſit Sin
minus inferni coniugis vxor erit. Idem li.iij. ſine titulo. Quæ mihi
ventura eſt ſiquidem eſt ventura ſenectus. Cum deſit numeris ipſa
iuuenta ſuis. in qua correptione videtur liberiore vſus licentia, ne
mo enim ſi vnq́; corripuit, at compoſita vox ꝑpetuū corripitur,
ſed vnde cōpoſita eſt ſignificationē nō gerit. Eſt em̄ ſiquidem idem
quod nam, in qua ſignificatione inquit Lucanus lib.iiij. Hoc ſiqui
dem ſolo ciuilis crimine belli. Dux cauſæ melior es eas.

Exceptio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶Liquetius Venetiæ fluuius, hinc adiectiuū liquetius a.um. vt apd' Vergiliū æneí ix. teste Seruio Quales aereæ liquetia flumina circū Imperitiores teste Seruio legunt liquentia. Liquetius

¶Liquor eris. deponens tertiæ. Verg.i. Gæor. Liquitur & zephyro putris ſe glæba reſoluit, Liquor nomen rectius corripitur, quia ſolus Lucretius produxit vt lib.i. Pōdus vti ſaxis, calor ignis, liquor aquarum. Et ibidem. Fiet vti cibus omnis & aridus & liquor ipſe. Liquens a liquor. Verg. aut quum liquentia mella. Liqueo es. hinc liqueſco corripit̃. Perſius. Tot tibi quum in flāmas iunicum omēta liqueſcant. Verg. Campoſq; liquentes. At a liquor liqueſco producitur. Ouid.i. de ponto. Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis. Iterum liquo as. corripitur. Luca. lib. vij. Ereptaq; tela liquauit. ab his liquidus variatur, quia poteſt eſſe tam a liquo q̄ liquor, eadem tamen eſt ſignificatio. Lucre. lib.i. In ſaxis ac ſpeluncis permanat aquarum liquidus humor &c. Idem in.ij. Illa quidem debēt ex læuibus atq; rotūdis Eſſe magis fluido quæ corpora liquida conſtant. Idem in.iiij. Craſſaq; cōueniunt liquidis & liquida craſſis. Liquor. Liquens ī Liqueſco Liquo. Liquidus

i Ante r in diſſyllabis producitur, vt ciris cum i latino interpretatur tonſa, cirin em̄ græce ſignificat tondere, dicit̃ ſcylla Niſi filia, ob tonſum patris crimē in auem alaudam verſa. Verg. in ciri. Candida conceſſos aſcendat ciris honores. Oui. viij. met. In auē mutata vocat̃ Ciris & a tōſo eſt hoc nomen adepta capillo, ſic cæteri oēs. Quāobrem nō verebor dicere mēdoſum eſſe locū hunc in ætna Vergiliana. Mētiti vates ſtygias, vndaſq; canētes. Hi tityon ſeptē ſtrauere in iugera fœdū. Sollicitāt magna te circū Tantale pœna. Sollicitātq; cirin, minos tuaq; Aeace in vmbris. Iura canūt ĳdēq; rotant Ixionis orbē. Omēs libri q̄s videre licuit habent p̄ s litterā ſirim Calderin⁹ id quid ſit minime declarat. Eſt qui dicat ſirim.i. puellam, de qua in ciri Vergil loquit̃. Eſt quidem hic doctiſſimus, cui tamen cogente veritate ſuffragari nequeo, forſan non ille. ſed ego fallor, qui primus audeo (quantum ſcio) hūnc locum vt mendoſum reſtituere priſtinæ & ſyncære lectioni, itaq; puto legendum eſſe Scinim. ſollicitantq; ſcinim. id eſt immanem illum gigantem & latronem. de quo incredibilia poetæ fabulantur, vt de Tityo, Tantalo, Ixione cæteriſq; gigantibus & crudeliſſimis latronibus, quorum hic paucis meminit Vergilius. Itaque auſim iurare legendum eſſe ſollicitantq; ſcinim, licet id ante me nemo dixerit quod ſciam. Fuit autem Scinis gigas & latro immaniſſimus a Theſeo tandem interfectus, hic I añ R. Ciris. Scinis.

iſthmum obſidens ( vt in quīto refert Diodorus ) duas pinus fle-
ctebat, ac vtriq; hoīs brachia alligabat, deinde ſurſum emittens
corpus diſcerptū maxīo cruciatu afficiebat. Quod oſtendit Ouid.
vij. met. dicens. Occidit ille Scinis magnis male viribus vſus. Qui
poterat curuare trabes & agebat ab alto. Ad terram late ſparſuras
corpora pinus. Claud. in i. lib. cōtra Rufinū Quis ꝓdere tanta relā
tu Funera? qs cædes poſſet deflere nefandas? Quid tale imanes
vnq̄; geſſiſſe ferūtur. Vel Scinis iſthmiaca pinu? vel rupe ꝓfunda:
Syron vel phalaris tauro? vel carcere ſylla? Syron latro etiā fuit a
theſeo interfectus. hic Syronia ſaxa, & ſyronides petræ. Oui. i epiſt:
Phyllidis. Quum fuerit Syron lectus toruuſq; procuſtes. Et Scinis
& tauri mixtaq; forma viri. Proper. lib. iij. Arboreaſq; cruces Sci-
nis & non hoſpita graijs Saxa & curuatas in ſua fata trabes, nemo
iam mediocriter eruditus dubitabit ( vt opinor ) non ponēdam
eſſe nihili voculā Sirim per s lr̄am, nec cirin ꝑ c lr̄am, refragante cū
ſenſu quātitate, ſed ( vt dixi ) ſcinim ꝑ ſc lr̄as & i latino ſequente n
non r, vel forſan nō male ( vt q̃dam libri habent ) ſiti, ſed q̄ dixi-
mus magis placent, neq; id mirꝫ videri debet, quum in opuſculis
Vergilianis pluſcula vulgo repiantur mēdoſa, vt ſirenes prīa bre-
ni, quū Horatius vt cæteri dicat. Vitāda eſt improba ſiren Deſidia
ſic ſtymphalides ꝑ ſtymphali, & alia quæ opus hoc ꝑlegenti occur

Miror. rent. ¶ Miror, miraculum, nemo ignorat ꝓduci. Mart. Barbara
pyramidum taceat miracula Mēphis. id cōſyderaſſet Nebriſſenſis
nunq̄; dixiſſet vocalē ante vocalem ꝓduci in dehinc apud Horat.
in arte. Cogitat vt dehinc ſpecioſa miracl̄a promat, vbi bis peccat
nam vera lectio eſt, Cogitat vt ſpecioſa dehinc miracula promat.
dicit idē in deeſt vocalē ante vocalē ꝓduci in illo Papinij. xi. theb:
Deeſt ſeruitio plæbes hoc ignis egētes. verꝫ nō dubito hoc quoq;
mendoſe legi, nō eſt mihi nunc Papinij copia, ideo quo pacto legē

Scyros. dum ſit nequeo hariolari, ¶ Scyros cum ſc lr̄is ſequēte y græco
vna ex cycladibus. Papi. i. Achil. Palladi littoreę celebrabat ſcyros
honorꝫ Forte diem. hic ſcyrius a. um. & ſcyrias adis. Verg. Armi-
ger automedon vna oēs Scyria pubes. Sidonius ad fœlicē. Inde
ſcyriadum datus patenti. phal. eſt. vbi de ſyllaba poſitione ꝓducit̄
niſi forte Catullū affectauerit imitari, quē huic generi in ꝓpria regio
ne nonnūq̄; trocheū dediſſe, in poſitionis regula ꝓbauimꝰ. idem
Sidoniꝰ ( vt in quartū Plinij notauit Hermolaus ) peccauit in hoc
noīe dicens in burgo. Vel ſcyrius vacuaſſe colus vel ſerica fila Per

Nireus. cannas torſiſſe leues. ¶ Nireus viri ꝓpriū. Nebriſſenſis male cre
dit triſſyllabū eſſe prima correpta, quia diſſyllabū eſt vt Orpheus,

& ſi per dięreſin triſyllabum fiat, prima ꝓducitur. Horat. in epodō
ad Neęram. Nec te Pythagorę fallant arcana renati. Formaq̧ vin
cas nirea. ſecundus verſus eſt iambicus dimeter, vbi actūs nirea pri
mam producit.

## Exceptio.

¶ Lyra cum y græco. Oui. xi. met. Flebile neſcio quid queriť lyra. fle
bile lingua. Murmurat exanimis, reſpōdent flebile ripę. inſtrumen Lyra.
tum muſicū eſt a lyrin. i. canere, hinc forte Lyris impudicæ mulier- Lyris.
culæ nomen. Mart. lib. ij. Quod faciat vult ſcire Lyris quod ſobria
fellat, nam Liris fluuij nomen cum i noſtro, etiā in prima ꝓduciť.
Idem lib. x. Deſyderanť nec marica nec liris. Scazon eſt, ſic ꝓduciť
tantum lira ꝑ i noſtrū & ſulcum ſignificat, hinc deliro as. i. inſanio
& erro, nam delirat qui nō recto ſulco ſemen tegēdo incedit, hinc Deliro.
delirus a. um. pro inſano & a recto recedente, hinc ꝑdelirus. i. valde Perdelirus.
delirus. Lirare eſt liras facere. Sunt qui deliro e græco lirin. i. inepti-
re deriuent, hinc liras ineptias & nugas dicimus. Plautus. Nam tuę
blanditię mihi ſunt (quod dici ſolet) gerrę germanæ ędepol liræ.
Vnū eſt nuſq̧ corripiunť deliro, delirus, ꝑdelirus neq̧ ꝑ y gręcum
vnq̧ ſcribenda ſunt, a lyra muſico inſtrumēto quicqđ Neſtor &
multi alij dicant. Nam ineptiſſime legunt ꝑdelyrus penultima bre
ui, ꝓ diſſono & abſono apud Lucre. lib. i. Quod facit hic idem ꝑde
lyrus eſſe videť. Nam nō in maſculino genere legēdum eſt ꝑdely-
rus, ſed in neutro ꝑdelirum. id qđ ſenſus facile indicat, ſic em̄ Dice-
re rem nullā in numero cōſtare nec ignem Qđ facit hic idem per-
delirum eſſe videť. Senſus hic eſt dicere rem nullā in numero con-
ſtare nec ignē quod facit. i. dicit hic idem Heraclitus, iđ videť ꝑdeli-
rum. i. valde falſum & fatuū. ſi ꝑdelirus legas ineptiſſimus erit ſen-
ſus, nam quorſum referes dicere &c. ſed quid verbis opus eſt? quū
ipſe Lucretius paulopoſt id manifeſtet dicēs, Qđ mihi quū vanū
tum delirū eſſe videtur. Horat. ad Lolliū. Quicquid delirant reges
plectunť Achiui. Idē ſat. iiij. li. ij. Auerſus mercaturis delirus & amēs
ſic cæteri. ¶ Myrō vel myro onis. ſtatuarij nomē. Sta. i. ſyl. Quic- Myron.
quid & argento primū vel in ære Myronis Luſit. Auſo. in epig.
Bucula ſum cœlo genitoris facta Myronis. ſcribiť cum y græco vt
myron. i. vnguentū, quod ſimiliter corripiť. Hinc myropola vn-
guentarius. myron myri, quia ꝓ vnguento eſt neutrū ſecundę de-
clinationis. ¶ Pyra cum y græco lignorꝫ congeries. Verg. Innu- Pyra.
meras ſtruxere pyras. ſic pyrus pyrum arbor & fructus, om̄ia hæc Pyrus.
a pyr. i. ignis ducunť. Verg. Inſere nunc Melibœe pyros pone ordi
ne vites. ¶ Quiris ſingulare in raro vſu eſt. Perſius. Heu ſteriles Quiris.

veri quibus vna quiritem Vertigo facit. ¶ Syrus cum y græco
**Syrus.** vt ſyria, rectius corripitur. Iuue. ſat. vi. Qꝫ quæ lõgorum vehitur
ceruice ſyrorum. Horatius. ſat. vi. Tu ne ſyri, damę aut Dionyſi fi-
lius audes Deijcere e ſaxo ciues aut tradere Cadmo. notũ eſt hic pri
mã corripi, quia ne interrogandi dictio corripit̃. Ideo quidã male
putarunt ſyridamas vnicã eſſe dictionẽ prima ꝓducta, quũ potius
dicere potuiſſent prima correpta, ſecundã & tertiam ꝓduci. Catul
lus. Hoc miſſo in ſyriã requierant omĩb⁹ aures. ſic cæteri, ſolus aũt
Iuuenalis in tertia ſat. ꝓduxit ſyrus dicens. Iam pridẽ in tyberim ſy-
**Styrax.** rus defluxit Orontes. at ſyria ſemꝑ corripiat̃, nec ſequamur Petrar
cham dicentẽ. Syria mollis Porrigat ipſa manũ. ¶ Styrax tantũ
corripit̃, vide crementũ.
**Tyros.** ¶ Styrus Medeæ ſponſus, teſte Bebelio.
¶ Tyros vel tyrus inſula & vrbs. Tibul. li. i. Prima ratẽ ventis cre-
dere docta tyros. Oui iij. met. A tyro hac ꝓfugos poſuiſtis ſede pe
nates, ablatiuus corripit̃ ꝓpter vocalẽ ſequentẽ, vt ſub ilio alto, ty-
ros etiã caſeus interpretat̃, vnde butyrꝫ, de quo in medijs agemus.
**Tyra.** ¶ Tyra ę. cum y græco vt pͨcedens, loci nomen. Vale. flac. li. vi. Lin
**Tyres** quitur abruptis pelago tyra, linquit̃ & mons Embolus. ¶ Tyres
cum y græco gtõ tyrę. Verg. æneí. x. Te fugiens fratrẽqꝫ tyren cur-
ruqꝫ volutus. Sil. vi. Exanimũ naſamona tyren ſuper ipſe iacebat.
**Tyras.** viri nomen eſt.
¶ Tyras ę. cum y græco fluuij nomen, vide halis. a ante l. Tyro
quoqꝫ per y græcum ſcribitur ſed producitur tantum, contra in-
eptulum quendã, vt Tyro. us. nymphæ nomen. vide a ante e Pa-
ſiphae & Tyrocinium. o ante c.
**I ante r** I ante r in põliſyllabis corripit̃, vt Pyreneus viri ꝓpriũ
**Pyreneꝰ.** per eu diphthongon nõ per æ contra Tortelliũ. Oui. v. met. Clau-
ſit ſua tecta Pyreneus. Notent̃ e lõgis deriuata, vt viroſus a virus
nam a vir corripit̃. Tyrinthius a tiryns. vireſco a vires, qđ verbũ
ſignificat vires acquirere & fortiorẽ fieri. Furius antias apud Gel. li.
xviij. ca. xi. Increſcunt animi vireſcit vulnere virtus, hoc a vireo
corripit̃. Sta. lib. i. ſyl. Exuit atqꝫ alios melius reuireſcit in annos. ſpi-
ritus a ſpiro &c.

## Exceptio.

¶ Chironomon ontis. vt Leon ontis. vel chironomas antis. vt
**Chirono** adamas antis. teſte Mancinel. in hunc verſum ſat. v. Iu. Saltantẽ ſpe
**mon.** ctas & chironomõta volanti Cultello donec peragat dictata ma-
giſtri. Dicitur quoqꝫ cheronomos cheronomi. Eſt autem is qui ad
menſam edenda incidit, certa lege manus, nam chier manus eſt, &

nomos lex, ars hæc chironomia dicit̃. chiromantia eſt ex manuū
inſpectione diuinatio, cheir græce per ei diphthongon ſcribitur,
ideo in compoſitis ꝓducitur. Mart. Chirurgus fuerat nunc eſt Ve- Chirurgus.
ſpillo Diaulus. ſic chirocrates, chirographus vel um. Iuue. ſat. xiij.
vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni. vnū eſt chiragra a lati Cirographum.
nis correptū. Perſius. Lapidoſa chiragra. Mart. lib. i. Sed nil patro-
no porrigit hæc chiragra eſt. Philelphus ſecutus deriuationē græ- Chiragra.
cam auſus eſt hoc nomen ꝓducere, vt in iij. ix. dicens. Num te chi-
ragra fatigat. ¶ Cyrios cum y græco in prima. i. ꝓprius, authen Cyrios.
ticus & dn̄s, hinc cyriacus & cyrinꝰ viroꝝ ꝓpria. & acyros impro Cyriacus
prius, vnde acyrologia. Cyrinius viri ꝓpriū. Mart. lib. viij. Sic tua Cyrinius
cyrini promas epigrāmata vulgo vocatiuus eſt. ¶ Cyrene es. & Cyrene.
cyrenæ arum. cum y græco, vrbs Libyes. hinc cyrenia dicta eſt to-
ta Libya. Eſt alterius quoq; oppidi nomen. hinc cyrenæus & cyre-
naicus. Luca. lib. ix. Aphrica cyrenis etiam tunc bruma rigebat. Sil.
lib. iiij. Nec nō cyrene pelopęi ſtirpe nepotis. interdum corripit̃. Ca-
tul. Laſerpiciferis iacet cyrenis. phal. eſt. ideo non male dixit Petrar-
cha in. iij. aphricæ. Plura cyrenęo cecidiſſent milia campo.
¶ Cyrene Ariſtei mater ꝓducitur tantum, vt ex Gæor. iiij. diſces. Cyrene.
¶ Ironia id eſt ſimulatio vel illuſio, tam in prima q̄ in tertia, græ- Ironia.
ce per ei diphthōgon ſcribitur. ¶ Liriope nympha. Oui. iij. met. Liriope.
Cęrula Liriope quā quondā flumine curuo Implicuit &c. fuit Nar
ciſſi mater. ¶ Myriones viri nomen. Horat. lib. i. car. ode. vi. Ni-
grum Myrionem aut ope palladis. Aſclep. eſt. habet y græcum in Myriōes
prima ſyllaba, aliqui tamē Merionen legūt, vide quæ in hunc ver
ſum affert Badius. Miritenes vide e ante n. ¶ Pirata. Luca. lib. ij.
Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit. ¶ Pirithous viri Pirata.
proprium. vide matella a ante t. ¶ Pirene es. cum i noſtro mōs Pirithoꝰ.
& fons muſis ſacer. apd' Corinthum. Perſius in prefatione, Helico Pirene.
niadaſq; pallidāq; pirenen. ſcazon eſt. Stat. i. ſyl. Nec conſcia detur
Pirene, largos potius mihi gurges inhauſtus.
¶ Pyrene cum y græco, mons Hiſpaniæ a Pyrene puella, quam Pyrene.
Hercules compreſſerat, quæ illic a feris lacerata dicitur & ſepulta.
alij deriuāt a pyr. id eſt ignis propter crebra fulmina. Variatur hoc
nomen ſed productio eſt longe frequentior. Sill. lib. xiiij. Pyrene
miſit populos qui nomen amore &c. Luca. lib. i. Nubiferos colles
atq; aeream pyrenen. verſus eſt ſpondaicus. vt apud Iuuena. ſat. x.
Additur imperijs hiſpania, Pyreneq; tranſilit. Tortellius male
legit pyreneumq;, quia (vt recte dixit Neſtor) pyrenæus penul-
timam diphthongo producit, vt pyrenæi montes. Tibul. lib. i.

Non ſine me eſt tibi partus honos tua bella pyrene. Teſtis & ocea-
ni littora ſantonici. Sido.in.iij.paneg. Tyrrheni Rheniq́ꝫ liquor vł
longa pyrene.ſic Petrarcha.iiij.aphricȩ. Tum filius vltor Et patris
& patrui nomen dedit iſq́ꝫ pyrenen Tranſgreſſus &c.

Piroma. ¶Piroma & pirula ꝓducunť teſte Sulpitio. ¶Pyramus cū y grȩ
Pyram⁹. co viri & fluuij nomen. Oui.iiij.meta.Pyrame reſpōde,Pro fluuio
in oraculo. Tūc erit vndiſonus late quū pyramus olim Littora ꝑ-
fundens cyprū labetur in almā.Priſ.tamē corripuit. Vide pynari⁹
I ante N. ¶Pyramis cum y græco,a ſimilitudine flammȩ nomē
Pyramis accepit.Latini metam dicūt. Mart.Barbara pyramidū taceat mira-
cula mēphis. ¶Pyræus Athenienſiū portus.&ꝓmontoriū cum
Pyræus. y græco.Oui.vi.met.Portus cecropios intrat pyrȩaq́ꝫ littora tāgit.
¶Pyralis ꝓduciť teſte Nebriſſenſi cū y græco. eſt em̄ beſtiola pen-
Pyralis. nata muſcȩ magnitudine ex igne ꝑueniens. ¶Pyrites. ꝓducunť
Pyrites. huius nois omnes ſyllabȩ ap ď Priſcianū in perihegeſi,& eſt lapil-
lus,cui plurimus ignis eſt,ſed multa a pyr corripiunť vt pyro is:
pyropus,pyracmon,pyretrum &c̄. ¶Phthiriaſis morbus pedi
cularis a phthiron.i.a pediculis cum ph & th aſpiratis in eadē ſylla-
Phthiria- ba.hinc phthirophagi homines ſolis piſcibus victitātes,a tenuita-
ſis. te victus quaſi pediculis veſcantur,ſcribiť græce ꝑ ei diphthōgon.
¶Pyreicus pictor in.iij.Propertij.Pyreicus parua vendicat arte lo
Pyreicus cum.cum y grȩco ſic legit Beroaldus. ¶Sirius ſtella in ore canis
Sirius. cœleſtis.Sil.lib.i.Nec puluere feſſum Agminis ardenti labefecit Si-
rius aſtro. ¶Stiria ſtiricidiū. Mart.lib.vij.Turpis ab inuiſo pēde-
bat ſtiria naſo. Clau.aſtringit ſtiria ſetas. ¶Tireſias cum i latino
Stiria. in prima, quia græce ſcribi ꝑ ei diphthongon teſte Calepino,fuit
augur thebanus.Proper.lib.iiij.Magnā tireſias aſpexit pallida va-
Tireſias. tes.diciť etiā tireſia in ntō. ¶Tyridates Armenȩ rex. Hora.lib.i.
car.ode.xxvi.Quis tyridatē terreat vnice:verſus eſt alcaic⁹ dactilic⁹

Tyrida-tes.

I ante s

i Ante s ꝓducitur,vt Chryſos cum ch aſpirato
& y græco,hinc Chryſoſtom⁹ & chryſeus a.um.id eſt au
reus. Mar.li.x.Chalcea donanti chryſea qd dederas,chal
cea.i.ærea. chalcon.i.æs. Piſæ arū.hinc piſæus.a.um.Oui.li.v.met.
Eſt mediū cyanes & piſȩȩ arethuſȩ. Errauit hic Petrarcha ecloga.x.

## Exceptio.

Biſon. ¶Biſon ontis. anial iubarꝫ ꝓlixitate deforme, naſciť in germania.
Mar.Illi ceſſit atrox bubal⁹ atq́ꝫ biſon.Idē.Turpes eſſeda ꝙ trahūt
biſontes.phal.eſt. ¶Criſis cum i noſtro ſine aſpiratione.i.iudiciū
hinc hypocriſis,catacriſis.i.diiudicatio,at cathacreſis cum ch aſpira

to in tertia ſyllaba dicitur abuſus.hoc Neſtor. ¶ Ciſium vehicu-
lum.Ciſiarius qui ciſium regit.Auſo.in epiſt.i.vel ciſio triiugiſi pla Ciſium:
cet inſilias,Idem ad amicū quendam.Sed ciſium aut pigrum cautꝰ
conſcende verędum. ¶ Hyſopus vel um.hærba cū y græco & Hyſopus
vnico ſ apud Latinos quia corripit licet apud græcos ſſ geminet
hyſſopus ſcribiturq́ per o magnū & eſt hyſopus feminini generis
nec mirꝫ eſt( inquit Neſtor ex quo hoc ſumpſimus) vnū ſ a latinis
abiici in hyſopus quia ſimile in multis factū videmus,vt grabatus
ſyracuſæ gothia lacus,& nōnulla alia apud nos corripiunt primā
quā apud illos poſitu extendūt,recte igit dixit Alanus lib.iiij.Se cę
lum terrę cōformat cędrꝰ hyſopo. male aūt Macer.Eſt hyſopū ſic-
cum,calidum quoq́,tertius illi Eſt in vtroq́ gradus,In eodē luto
hęſitat Riga in libro regū dicēs: Aut hyſopꝰ ſignat hūiles,cedruſq́
ſuperbos. ¶ Iſara ę.fluuius gallię in rhodanū fluens Luca.li.i.Hi Iſara.
vada liquerunt iſarę qui gurgite ductus. ¶ Iſaurus fluuius vide Iſaurus.
metaurus e ante t. ¶ Iſaurū oppidum qd pluraliter iſaura.orum Iſaurum.
Amianꝰ dixit.Hinc iſauricꝰ dictus eſt Seruilius qui iſaurꝫ vicit,iſau Iſauri.
ri & iſaurę populi ſunt.Oui.Aphrica victorē de ſe vocat alter iſau-
rum.Sido in.i.paneg.Adieci ſerie quos nunc moderaris iſauros.
¶ Iſalces viri ꝓpriū.Sil.lib.v.Optabat pugnā ante oculos ſpe lau- Iſalces.
dis iſalces. ¶ Iſoerates viri nomen.Rufinus Laudamus iſocratis Iſocrates.
artem. ¶ Iſerus teſte Bebelio. ¶ Iſidius contra primitiui naturā Iſerus.
ab iſis.vide Io.in i ante o. ¶ Lyſias viri nomē corripuit Arator in Iſidius.
ſecūdo libro. ¶ Miſer Perſius.O miſer inq́ dies &c.hinc miſeri Lyſias:
cors miſericordia miſeror miſereor miſeret &c. ¶ Niſantes viri Miſer,
nomen.Valerius flaccus li.i.O ſi mihi ſanguis Quātus erat quū ſi- Niſantes.
gnifero cratere niſantē.Nō leuiore tholum manus hæc cōpeſcuit
auro. ¶ Niſi cōiunctio paſſim legit niſus ſi nomē ſine dubio ꝓ-
ducitur. ¶ Phthiſis cum phth aſpiratis in eadē ſyllaba eſt pulmo Niſi.
nis exulceratio a phthinin.i.tabeſcere,phthiſici ſunt qui eo morbo Phthiſis.
laborant.Iu.ſat.xiij.Et phthiſis & vomicę putres & dimidiū crus.Se
renus.Si vero phthiſis annoſo ſedet improba morbo,inepte ſcri
bit Vgutio tiſis teſte Neſtore ſine p & aſpiratiōe. ¶ Phthyſis cum
phth aſpiratis ſequente y græco ante ſ eſt ſpuitio.a phthyzo.i ſpuo
verbū eſt doricum nam cōis lingua ptyſis ſine aſpiratione dicit cū
y græco in prima ꝓ ſpuitione a ptyo.i.ſpuo. ¶ Phyſis cū y græ-
co in prima.i.natura,vnde phyſicꝰ phyſiologus &c.Auſonius de Phyſis:
numero ternario In phyſicis tria prima,deus,mūdus.data forma,
quare bene dixit alexāder nequā Corrūpit natura phyſin curſuq́
rotatoq́.Sidonius in græcis negligentior male ꝓduxit vt videre

potes in ethos e ante t. ¶ Piſidæ populi Claudi.in.ij. libro cōtra
Piſidæ. Eutropium. Vtriq; propinqui Finibus obliquis lydi piſidæq; fero
ces. Priſcianus a ſupioꝝ vſu ſæpe deficiens primā & ſecundā ꝓdu
xit dicens in perihegeſi. Poſt hos piſidum pinguiſſima rura colunt̃
id eſt piſidarum. ¶Piſaurus fluuius piceni a quo piſauꝝ oppidū
Piſaurus. nomē habet. Catul. ad iuuenciū. Pręterq; iſte tuus moribunda a ſe
de piſauri Hoſpes. ¶Ptiſana vnico ſ licet græci geminēt teſte Ca
Ptiſana. lepino confectio quædā ex ſucco vł farina hordei. vide miliū.i añ
l. hinc ptiſanariū vas in quo coquit̃ vel tūditur ptiſana. Horat.ſat.
iiij.lib.ij. agedum ſume hoc ptiſanariū Orize. ¶Siſer eris. hærba
Siſer. Hora.ſat.xviij. Peruellūt ſtomachū ſiſer, halec. fercula coa. Colu.
lib.xi. Iam ſiſer. aſſyrioq; venit quæ ſemine radix. ¶ Siſymbriū
Siſym- cum y græco in ſecūda ſyllaba. Oui.iiij.faſt. Cūq; ſua dominę, da-
brium. ta grata ſiſymbria myrto. Textaq; compoſita iuncea vincla rota.
¶Viſellius viri ꝓpriū. Hora.ſat.i. Eſt inter tanain quiddā ſocerūq;
Viſellius. viſelli ꝓ viſellij. ¶ Viſurgis fluuij nomen apud Apollinarē in
Viſurgꝰ. laudibus narbonis. Adde prædictis Friſius populi germanici no-
Friſius. men apud Baptiſtā mantuanū in exhortatione contra infideles, &
apud Hermolaum in epitaphio Agricolę.

Ante t corripit̃, vt Scythia, ſcytha cōtra Sul-
i pitium niſi mentiat̃ Neſtor. Verg. in buc. Pars ſcythiā &c.
I ante t Luca.lib.x. Nō ſcytha nō fixo qui ludit in hoſpite mau-
Scytha. rus. ſic cæteri. verū neſcio quō nemo neoterico ꝝ vetuſtatē inuio
latam cuſtodire potuerit, de doctiſſimis loquor, nam plæbem poe
tarorū carpere nulla eſt gloria. Petrus itaq; crinitus homo facile
doctiſſimus, vt homo interim lapſus eſt veluti lib.ij.car. dicens. Et
calent ſcythę genꝰ efferatū ad Cypridis ignes. Sap. eſt cum adonio
Idem contra veteꝝ vſum corripuit dacus & clio. in q̄bus & paux-
illulis alijs per negligentiā contra veteꝝ authoritatē aut correptis
aut ꝓductis imitandus nō eſt, q̄q̄ doctiſſime reliqua ſcripſerit.

## Exceptio.

¶Producunt̃ habētia m vel r vel v añ i vt mitis, ritus, vita. ſic ex-
ceptionem ponit alexāder, ego illius exceptiones raro mutaui ſed
excipienda diligēter notaui q̄q̄ forſan nō pauciora ſunt exceptis.
Mitylene ¶Tollunt̃ igitur ab hac exceptione permulta vt Mitylene es. cum
y græco in ſecunda vrbis & inſulæ nomen. Mart.li.x. Quum tibi
Mitilo. non epheſos nec ſit rhodos aut mitylene Sed domus in vico lęlia
patricio. ¶Mitilo as. cicadaꝝ eſt cantantiū in carmine de philo-
mela. Vere calente nouos componit acredula cantus. Matutinali

tempore tūc mitilās. ¶ Mitra.i.ſol apđ perſas vide tiphon i aū p in verſu Capellæ.ſic teſte Lactātio in vltimo verſu.i.theb. Indigna ta ſequi torquentē cornua mitrā. Etiam eſt pilei genus, vt apud eū dem in primo achil. Bacchęaq; terga mitraſq; Huc tuleris. Sic Pru dentius in pſycomachia. Vt mitra cæſariem cohibens aurata viri lem. Vergi.in coppa. Coppa ſyriſca caput graia redimita mitella. hoc diminutiuū eſt a mitra. ¶ Mithridates rex, vnde mithridati cus a.um. Mart.lib.v. Profecit poto Mithridates ſæpe veneno. ¶ Mitio paſtoris nomen in.vij.ecloga Petrarchæ, ſi a mitis deriuet male corripit. ¶ Britannia regio, Britanni populi. Vergi. Et pe nitus toto diuiſos orbe Britannos. Mart. Dicit & noſtros cantare britannia verſus. Quid pdeſt neſcit ſacculus iſta meus. Lucre. etiā pduxit in.vi. Nam quid britannis cęlum differre putamus. Ergo variatur ſed corripit ſæpius.ſic britannicus pprium & appellatiuū Briton vero ſemp opinor pduci, in quo errat Alexander dicens britoniſq; brito caro carnis, vide crementum.

Mitra. Mithridates. Mitio. Britānia.

¶ Britomartis nympha quā Minos pſequebatur. Verg.in ciri. Te erepta britomartis ſpes eſt vna ſepulchri Te britomarti diem po tui pducere vitæ. Claudi.in.iij.de laudibus ſtiliconis. Sparſa comā britomartis agit. ¶ Criticus id eſt iudicans ſiue arguens, a crino delibero ac iudico, variatur. Hora. vt critici dicunt. Iuue.ſat.ij Criti ce pelluces &c. vbi per e aliqui cretice legunt. Mar.lib.vij. Aequalis liber eſt critice qui malus eſt. Critias viri nomē. Apul.in apol.ora tione prima. Carmina vti critias lux hæc optata canatur.

Britomartis. Criticus.

¶ Criton onis. Mart.lib.xi. Quod ſanare criton non quod hygea poteſt.fuit medicus. ¶ Fritillus tabula luſoria, de qua multa leges in annotatōib9 Beroaldinis. Mar.in xenijs. Hęc mihi charta nuces hęc eſt mihi charta fritillus Alea nec damnum nec facit iſta lucrum ¶ Pritanis viri proprium. Ouid.xiij met. Quid Lyni referam Sar pedonis agmina ferro Deuaſtata meo, cum multo ſanguine fudi. Cæranon Iphitidemq; alaſtora q̄ chromiūq; Alcandrumq; hali umq; noemona q̄ pritanimq; Pœnultimū quæ in verſu penulti mo vltimoq; producitur aut cæſura aut poſitu more Vergiliano Rhytium vide Rhidium i ante d.

Criton. Fritillus. Pritanis.

¶ Vitium cōtra primitiui naturā, quia vito pducitur. Hora. Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt.

Vitium.

¶ Vitellus cōtra primitiui naturam, quia a vita dici volunt. eſt em oui pars ex qua viuit pullus. Hora.ſat.iiij.li.ij. Quatinus ima petit voluens aliena vitellus, aliena actūs eſt, ne credas (vt quidam) vi tellus eſſe fœminini generis.

Vitellus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitellius. ¶Vitellius viri nomen. Auſo. de cæſaribus. Nec regno dignus nec
Vitelliāi. morte vitellius vt vir. ¶Vitelliani lrę viroꝝ ad amicas. Mar. in
apo. Nōdum legerit hos licet puella Nouit quid cupiant vitelliani
ꝑhal. ſunt. ¶Vitulus vitula. Verg. Quum faciam vitula &c.
¶Vitrum, vide i ante n. Cinnamum. ¶Bitus viri nomen, vide
Bitus. i ante t bacchius. ¶Bitonia teſte Sulpitio. ¶Bithynia, bithynꝰ,
Bitonia. hithynicus cū th aſpirato & y græco in ſecūda ſyllaba bithynia ea-
Bithynia dem eſt quæ bebricia. mygdonia, pontus prima rectius ꝓducitur,
quā Iuuenalis corripuit, etiā Petrarcha in. ij. aphricæ ſecundā male
corripuit. Manilius li. iiij. Cappadocū armeniq́ꝫ iugis Bithynia di-
ues. Claud. lib. ij. in eutrop. Thyni thraces erant quæ nūc bithynia
fertur. Vale. flac. lib. iij. Aut cererem lætūq́ꝫ pecus nec palmite Bac-
chum Bithyno phrygione ſatum. Iu. ſat. x. Donec bithyno libeat
iugulare tyrāno. Idem ſat. vij. Qꝫ q́ꝫ & cappadoces faciant eqteſq́ꝫ
bithyni. Mart. Iam te rem factam bithynice credis habere. bithynꝰ
Clitella. itaq́ꝫ primā variat. ¶Clitella. Hora. ſat. v. Hinc muli capuę clitel-
las tēpore ponunt. Clitiades viri ꝓprium, vide cliciades i ante c.
Clitorius ¶Clitorius arcadię fons, bibenti vini odiū ingerens. Oui. xv. met.
Clitorio quicūq́ꝫ ſitim de fonte leuauit Vina fugit gaudetq́ꝫ meris
abſtemius vndis. ¶Cliton onis. arcadiæ fluuius teſte Lactantio.
Cliton. Papi. iiij. theb. Et rapidus Cliton & qui tibi pythię ladon.
¶Clitis fluuij nomen, vide e ante q Sequana. ¶Clitumnus, Vm
Clitis. briæ fluuius, vide i ante n. Tinias, ſi etymologiæ ꝑſcrutator es, vi-
Clitūnus deto Tortelliū & Neſtorem. ¶Dito as. & diteſcere nota ſunt, q̄a
Dito. fiunt a dis ditis. Hora. Qua rōne quęas diteſcere. ¶Dithyrambꝰ
Dithyrā viri nomen, vnde hymnos quoſdā in Bacchi honorē cantatos di
bus. thyrambos dixere. Verūtamen ipſe Bacchus dithyrābus dicit, q̄a
dia diothyron. i. ꝑ duas portas tranſierit. nempe ꝑ vteꝝ Semeles
& femur Iouis. ſcribit in prima ſyllaba cū i noſtro, in ſecūda vero
cum th aſpirato & y græco. Hora. lib. ij. car. ode. ij. Seu per audaces
noua dithyrābos, Verba deuoluit, numeriſq́ꝫ fertur Lege ſolutis.
ſapphici ſunt cū adonico. ¶Italia variat, quia oīm grāmaticoꝝ
Italia: cōmuni aſtipulatu corripit, & ꝑ ectaſin a poetis ꝓducit, quia aliter
ſtare non potuit, quia vero oēs poetę ꝓducunt, nemo vereat ꝓdu
Italus: cere. Sic italus variat. Sic Italis. idis. Lucret. lib. i. Italiæ terraꝝ oras a
finibus eius. Verg. Italiā fato &c̄. Oui. xv. Grata quis italicis author
poſuiſſet in oris. Verg. in. xij. æneí. Italides quas ipſa decꝰ ſibi dia ca
milla. Sil. lib. vi. Nec tamē aduerſis fuerat fracta itala virtus. Mart.
Mutauere meas itala regna comas. Vergi. ix. æneí. Cōiecto ſternit
iaculo, volat itala cornꝰ. Idē æneí. viij. Hinc Auguſtus agēs italos

in prælia cæſar. Horat.ſat.vij. At græcus poſtq; eſt italo perfuſus
aceto. ¶Litigo vel lis litis, vnde litigium, litigioſus. Mart. Ah mi- Litigo.
ſer & demens viginti litigat annos. ¶Lithorius fluuij nomen.
apud Sidoniū in.iij.paneg.cum th aſpirato. ¶Littus putamus in Lithoriꝰ.
omni ſignificatione tt geminare cū Georgio valla, vt oblittero as. Littus.
quicquid grāmatici plurimi dicant. Vide tamē ſi cordi eſt Neſtorē
¶Nitor eris. Ouid. Nitimur in vetitum. hinc obnitor, enitor &c. Nitor
¶Nitella (teſte Calderino) pulueris auri mica, cōtra primitiui na- Nitella
turam. Mart.li.v. Rheniq; nodos aureāq; nitellam. Scazon eſt. nec
mitellam legere potes teſte Calderino, quia id nomen primā corri
pere oſtendimus. ¶Pituita variat. Catullus ad Furium. A te ſu- Pituita.
dor abeſt, abeſt ſaliua Mucuſq; & mala pituita naſi. phal.ſunt. vbi
prima cū penultima manifeſte ꝓducit, vnde dep̄hendit error eo-
rum qui putarunt penultimā ſemꝑ corripi. Hora.ſat.xij. Stoma-
choq; tumultū. Lenta feret pituita vides vt pallidus omnis Cœna
deſurgat dubia. & in epiſt.i. Præcipue ſanus niſi quū pituita mole-
ſta eſt. fruſtra recurrunt ad ꝓceleumaticū, in Perſio autē eſt ſynære-
ſis vt ſit pituita triſyllabū. Sōpnia pituita qui purgatiſſima mittunt
itaq; prima variat, penultima ſemꝑ ꝓducitur, author meꝰ Neſtor
Sunt tamē qui apud Perſiū legant. Sompnia qui, eſt autem pituita
morbus ex catarrho ꝓueniens. ¶Pithenor viri ꝓpriū cum th
aſpirato. Oui.xiiij.met. Hunc lycus hunc idas & cū pithenore ny- Pithenor
cteus. Hunc miratur abas. ¶Pitheus teſte Nebriſſenſi ſed video fe- Pithæus.
re pittheus, gemio tt ſcribi, vt philoſophi nomē pittachus vt teſte
Neſtore pſittacus. ¶Pytiſma cū y græco in prima ſyllaba, eſt le- Pytiſma.
uis ſputi irroratio, a pytizo. ſ. ſputo leui & crebro irroro. Iu.ſat.xi.
Qui lacedæmoniū pytiſmate lubricat orbē. Mancinello nō placet
opinio Politiani dicentis in.xxxviij.ca.miſcel. pityliſma dicēdum pytiliſma
eſſe non pytiſma. pityzin græcis ſpuere ſignificat. ¶Python vel
pytho cū y græco & th aſpirato, vt pythagoras, pythius.a.um, py Python.
thias, pytheleon, & quicquid eſt a pytho.i.putredo, ex qua ſerpens
python poſt Deucalionis diluuiū natus dicit, eſt aūt python dubi-
um inter maſculinū fœmininūq;. Oui.i.met. Strauimꝰ innumeris Pythius.
tumidū pythona ſagittis. Tibul.lib.ij. vbi delphica python. Hora. Pythias.
Qui pythia cantat. Idem ꝓducit pythias, Verg. Littera pythagoræ. Pytheleō
¶Hora. Rhodio qđ pythelonti. ¶Scython onis. viri in fœminā
verſi nomen cū ſc. & y græco & th aſpirato. Oui.iiij.meta. Nec lo- Scython
quar vt quondā naturæ iure nouato Ambiguus fuerit modo vir
modo fœmina Scython. ¶Sithonia regio, vñ ſithonius.a.um.
cum th aſpirato a ſithon onis. Macedoniæ monte. Verg.in buco. Sithonia

Sithoniaſq; niues hiemis ſubeamus aquoſę. ¶Sithon cum i no-
Sithon. ſtro vt præcedens & th aſpirato, olim erat quæ nunc thracia, hinc
ſithonius.i.thracius.Ouid. Et ſithonio aquiloni. Sene.in vlti.tragœ
dia Dextera nati date ſithoniæ, verſus eſt anapeſticus dimeter.
¶Scitor aris. verbum vt ſupinũ ſcitum. Verg.ij.ęneid. Tum vero
Scitor. ardem⁹ ſcitari & quærere cauſas. ¶Thita cum th aſpirato in pri
Thita. ma ſyllaba cum i noſtro, aut melius per e vocalē theta græce literę
nomen eſt θ, & valet th, eſtq; mortis ſignum, quia prima littera in
θανατοσ thanatos.i.mors θ eſt. Perſius. Et potis es nigrũ vitio pręfigere thita. Mart. Eſt operępretiũ diſcere thita nouum. ¶Titillo
Titillo. as. pruritũ prouoco. Lucret. lib.ij. Titillare magis ſenſus q̃ lædere
poſſunt. ¶Titan. Ouid. Nullus adhuc titan ꝓbebat lumina mũ-
Titan. do, ſic pro eodem titanus & titanius a.um.& titanis idis. At loci no
men titanus corripit̃. vnde adiectiua titanus a.um. titanæus a.um.
Rufus in Arato. Qualia deuexo nectunt̃ ab ordine cuncta, Vrgen
turq; viam similē noctesq; dieſq;. Lucis ab exortu procul in vada
calpe titana. Nãq; titanæo quũ ſunt elata profundo, Rurſus in oc-
ciduos mergunt̃ ſingula fluctus. ¶Tityrus cum y græco in ſecũ
Tityrus. da ſyllaba, paſtoris nomen, interp̄tatur hircus. Verg. Tityre tu pa
tule &c. ¶Tithonus cum th aſpirato in ſecũda ſyllaba, auroræ
Tithon⁹ maritus. Propert.in.ij. At nõ tithoni ſpernens aurora ſenectã, De-
ſertum eoa paſſa iacere domo eſt. Hora. Longa tithonũ minuit ſe-
Zythus. nectus. ſapphicus eſt. ¶Zythus cũ y & th aſpirato, genus eſt po-
tionis ex hordeo, inuenio quoſdã maſculine zythus ponẽtes. alios
vero in neutro zythum cum y, & th aſpirato. Colu. lib. xi. Vt Pelu-
ſiaci ꝓritet pocula zythi.

**I ante u** Ante u conſonans ꝓducitur, vt priuus a.um.
**i** priuilegiũ, priuernũ Volſcorum oppidum, male in Bebe
lio excipit̃. Sil. lib. vi. Leuinus ab alto Priuerno vitis La-
tiæ p̄ſignis honore. Priuernus viri ꝓpriũ apud Verg. æнei.ix. Liui
Liuinus. nus ꝑ i in prima multi ſcribunt, vt primũ fuerit a Liuius poſſeſſiuũ
Liuius. veluti a Plautus plautin⁹, inde alicui⁹ cognomẽ. dehinc nomẽ vt
in plæriſq; alijs, veluti Quintilius Quintilian⁹. Iulius Iulianus &c.
Siue autē Leuin⁹, ſiue liuinus ſcribat̃, iam manifeſte oſtēdi ꝓduci tã
tum. vt Liuius. Hora. ad Auguſtũ. Non ego dẽ inſector delẽdaq; car
mina Liui. Eſſe reor. Errat igit̃ Petrarcha in vi. aphricæ dicens, Ma
ieſtate deus Latia Liuiuſq; morandi. Author erat reditus.

## Exceptio.

Triuicus. ¶Triuicus pagi italici nomen. vide i ante c. ſed forte a tris fit, vt tri-
uium, qđ corripit̃ ꝑ generalē regulam, vt biuium Niuis ænix cre-

menta indicant. Triuia diana a triuiјs nomen habere creditur.

## O in primis ſyllabis.

Ante b producitur, vt Gobius & gobio onis. O añ b
piſcis nomē. Sobrius a.um. Mart.in xenіјs. Principium
cęne gobius eſſe ſolet. Iu.ſat.xi. Nec mullum cupias quū
ſit tibi gobio tantum In loculis.

## Exceptio.

¶ Corripe habētia duas cōſonantes ante o, vt probus, probrum,
globus. Verg. Lucenteꝗ globū &c. apd' Lucre.li.іј.legendū eſt. Sci-
licet eſt glomeroſa tamē &c. nō globoſa. Vnicū a Gaudano excipi- Crobia-
tur. Crobialus viri ꝓpriū. Notanť vbiꝗ cōpoſita a pro, quæ ſatis lus.
patuerūt, ideo nō repetenť ¶ Obelus dicit veru quo latini vtunť Obelus.
metaphoricos pro virgula quadā inter puncta, ſic iacente, hac vſi Obeliſc⁹
ſunt eccleſiaſtici interpretes, quotiens ſignificant, aliquid additū in
tranſlatione, qđ in ꝓtotypis nō habeť. Hinc obeliſcus magis voce
ꝗ re diminutiuū. Vergi. de Roſis Hæc peperit primi veſtigia celſa
obeliſci. Mucronē abſoluens purpurei capitis, ſic teſte Neſtore. Ho
merus pri. Iliados. Petrarcha in lib.іј.epiſto. ad Andreā poetam.
Venit ariſtarchus obelis armatus acutis. ¶ Obex variať, ſed qui- Obex.
dam volunt, ꝓductum ſcribi ꝑ i ante e. ſic obiex & in obliquis eſſe
geminū іј. alterꝝ cōſonans, alterꝝ vocale. Correptū vero ſine i. ſcri-
bi obex, & in obliquis vnicū i retinere, qđ fieri diximus in obіјcio
ſubіјcio. Sil. lib. xіј. Tum cardine verſo Obnixi torquent obices.
Idem li.iiіј. Et fidos certant obices arceſcere ſylua. Sido. in. i. paneg.
Cætera deſtituit reſolutis axibus obiex. Verg. æneid. x. Ecce maris
magna claudit nos obіјce pontus. ¶ Obolus cū o in ſecūda, pō- Obolus.
dus quoddā. Priſ. de ponderib⁹. Semioboli duplū eſt. obolus quē
pondere duplo. Gramma vocāt. Ibidem. Nam nihil his obolo ve
nimus maiuſue talento. ¶ Phobetor oris. ſompnifilius, & inter-
pretatur teſte Regio terrefactor. multi inepte dederunt primæ ſylla Phobe-
be œ diphthōgon. Oui. xi. meta. Hunc icelon ſuperi mortale pho- tor.
betora vulgus Nominat. ¶ Robertus viri propriū, neotericis Robert⁹.
dumtaxat notum, qui perſuaſerunt ſibi ꝓpriorū primas ſyllabas
eſſe cōmunes, ideo hoc nomē variarūt. Petrarcha in fine ix. aphri-
cæ. Aphrica dum creſcis, dum te relegenſꝗ comēſꝗ. Mulceo, ma-
gnanimū mors importuna Robertum. Intempeſtiue mūdo ſub-
traxit egenti. Hic comens participium male corripitur. Idem in. i. li.
epiſt. Progenies Roberte tuas &c. ſic cæteri variant, quos ſequeris,
quia veterum authoritas non obeſt.

¶ Sobarus. aum. vehemens, ſi vera eſt lectio Domitij Calderini
Sobarus apud Vergiliū in ætna ſic legentis. Tum ſiquis lapidū ſummo ꝑta-
buit igni, Aſperior ſobaris & quædā ſordida fax eſt. Cȩterum teſte
Badio ſæpius ſopita ꝙ ſobaris legiť, & ſenſus bonus eſt, vt ipſe de
Soboles. clarat. ¶ Soboles. Verg. Chara deum ſoboles &c.

Ante c corripitur, vt Cocles, procneſſos, voco,
O añ c. o vocabulū, at produc vocula, voculatio, vociferor, q̄a
fluūt a vox vocis. Corripiunť rurſus procus, proco, ꝓ-
cas, procax. reliqua a pro ſatis patent, ꝓducunť, vt ꝓcerus, ſed acta
agimus. Brocardus viri ꝓpriū ꝓduxit Philelphus, nec miror, nā
neotericis oībus ꝑſuaſum eſt ꝓpria ad placitū poni, quod nō pe-
nitus improbo in his, quȩ e barbaris ſumimus. dūmodo ea q̄ apd᷑
veteres repiunť, nō violemus, aut etiā apud neotericos imitatione
dignos, quales ſunt, Baptiſta. Politianus, Fauſtus, Heraſmus, Ma-
rullus, Crinitus. Pluresq́ʒ in his quæ ipſi nō contra veterꝫ authori-
tatem ponunt, nam ſi contra veterꝫ authoritatē quid effutiuerint,
nollem imitari, qui ſi animaduertiſſent ipſi (vt mea fert ſententia)
Cocalus; emendaſſent. ¶ Cocalus viri ꝓprium. Oui. viij. met. Iamq́ʒ fati-
gatum tellus ætnȩa tenebat, Dædalon & ſumptis ꝓ ſupplice Coca-
lus armis Mitis habebať. hinc cocalidæ arum. Sil. iiij. Cocalidū in-
ſidijs, ¶ Coceius viri ꝓprium, ſed aliqui gemino cc cocceius ſcri
Cocceius bunt. Hora. ſat. v. lib. i. Huc venturus erat Mecœnas optimus, atq́ʒ
Coceius &c. ¶ Cocytus cum y infernalis fluuius. Verg. vi. æneі.
Cocytus. Cocyti ſtagna alta vides, ſtygiāq́ʒ paludem. ¶ Dochimus cū ch
Dochi- aſpirato, pes metricus ex bacchio & iambo, vt doceremini. Rufinꝰ
mus. Tullius orator ceu multi dochimon ornat. Idem. Rhetoricas pul-
chre ſtructuras dochimus ornat. ¶ Focale a faucibus diciť, au in
Focale. o lōgum verſa, vt fit in ſuffoco & p̄foco apud idoneos authores
nunq́ʒ correptis, ideo ridemus verſiculū. Suffocat extinguēs, ſuffo
cat guttura ſtringens. Mar. in apophoretis. Si recitaturus dedero ti-
bi forte libellū. Hoc focale tuas aſſerat auriculas. Focale erat capitis
tegmentū ad aures promiſſum, quo recitaturi oratores vtebantur
delicatiores & valitudinarij. Eſt etiā focale (vt Calepinꝰ declarat)
mouet atellanę Geſtibus autonoes &c multi crediderũt ab ode de-
duci, nõnulli qbꝰ ipſe ſuffragor ab exodos. Exodijs pcipue in atel
lanis vtebant̃. Neſtor vult etiã erogationẽ ſignificare, ab exodra-
zo.i.erogo, m̃ta dicit Neſtor vide ſi libet. nos q̃ntitatẽ rite docui-
mus. ¶Botrodũ celtiberię oppidũ. Mar.lib.i.epi. Et delicati dulce Botrodũ
botrodi nemꝰ. Iãbicus trimeter eſt ex q̃ q̃ntitas mĩme liq̃t. Idẽ li.xij
botrodũ plateamq; celtiberis, phal.eſt. ¶ Cuſtodio is. vt cuſtos
odis.cuſtodia. ¶Erodio vel erodius auis, p ω mega ſcribit̃, teſtę Erodius.
Neſtore. ¶Emoda ę.oppidi nomẽ. Val.flac.li.vi. Iũgit opes Emo Emoda.
da ſuas, ſua ſigna ſecuti Axamatę. ¶ Emodus mõtis nomẽ, vide Emodus
colis o ante l. ¶Glycerodes.i.melodes.patet. ¶Herodes. Perſius.
Herodis venere dies. ¶ Hierodę ſacri cãtores, patet, vt melodes.
At herodotus corripit̃. ¶Herodion & herodianus vt herodes.
¶Laodocꝰ, vide a ante o. ¶Nebrodes mõticuli nomẽ ex q̃ naſcit̃
hymera. Sil.xiiij. Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis. ¶Oro- Nebrodes.
des viri nomẽ. Verg.x.ænei. Iacet altus Orodes. ¶Thermodon
cũ th aſpirato fluuij nomen eſt. Verg. ænei.ix. Quales thręcię quũ Orodes.
flumina Thermodõtis, hic Seruius ait thermodoon & p ſyncopã Thermodon.
thermodon. Ego vo nondũ inueni vſum in q̃ neceſſario ſit tetra
ſyllabũ, nam pdictus vſus eſt ſpõdaicus, ideo nũq; dixero ſcd'am
corripi. Priſ.in perihe. Int̃ Amazonidas thermodõ martiꝰ amnis.
eodẽ mõ Oui. vt videre potes in halys a añ l. Sil.li.ij. Thermodon
tiaca munita in plia pelta. Idẽ li.viij. Perſtrepit & tellus & Amazoni
us thermodon. ¶O ante f nõ inueni ſi inueniat̃ volũt corripi.

Ante g corripit̃, vt ſyllogiſmus a Sidonio in- O añ g
o docte productũ dicente in.i.paneg. Quæ vel Ariſtoteles Syllogiſmus.
partitus mẽbra loquendi Argumentoſis dat retia ſyllo-
giſmis, Author huius rei eſt Hermolaus Barbarus vt in præfatiõe
vidimꝰ. Technologꝰ de artibꝰ loq̃ns, hũc ineptũ vulgꝰ artiſtam
(vocat.

Exceptio.

¶Produc agoge.i.ductio, vñ iſagoge, ſynagoga, pagoga, pędago
gus &c. qbꝰ adde Bagogꝰ viri nomẽ teſte Goudano. Octogita fa Bagogꝰ.
cile occurret. Toloſtobogi teſte Hermolao ĩ qntũ Plinij ca.xxxij.

Ante l corripitur, vt Neapolis, & quicquid eſt O añ L
o a polis.i.vrbs. cõſulor autẽ, pducitur vt ſimplex ſolor.

Exceptio.

¶Producunt̃ deducta a poleo.i. vendo qualia ſunt bybliopola, li
broꝝ vẽditor, byblios cũ y gręco in pria.i.liber. Pharmacopola,
myropola medicamẽtoꝝ vnguẽtorũq; vẽditor. ſic ychthyopola

lachanopola &c. Mart.in apophoretis de Lucano. Sunt quidā qui
me dicunt nō eſſe poetā. Sed q me vēdit bybliopola puta t. Horat.
Ambubaiarū collegia pharmocopolę. Produc ſimiliter monoco
Byblio-pola. lon.dicolon,tricolon & cætera a colon .i.membrū. vide in primis
o ante l errauit in his Nebriſſenſis. ¶ Aetolia ætolus & quicqd
Pharmocopola. hinc eſt. Oui.in.iij.amorꝝ. Nec tanti Calidon nec tota ætolia tanti.
Ver.ænei xi. Non erit auxilio nobis ætolus & arpi. Hora.epiſt.xix.
Aetolia. Aetolis onerata plagis, mendoſe legit̄ ætolijs. Sil.lib.xiij. Aetolos
interfuit haud ignobile nomē, mēdoſe vulgo habet̄ ætolidas, licet
ita Marſus legat,ꝑ appulis qbus Diomedes impauit. ætolus. Stat.
vi.theb. Ergo vbi luctandi iuuenes anioſa citauit Gloria terrificos
humeris ætolus amictus. Exuit̄, de Tydeo loquit̄ Diomedis patrē.
¶ Aeſchatocolicon vltimā paginā & libri finem dicim9, teſte Do-
Aeſchatocolicō mitio. Mart.li.ij. Spectas æſchatocolicon ſeuere, phal. eſt. ſcribit̄ cū
æ diphthongo & ch aſpirato in ſcd'a ſyllaba, fit ꝑculdubio a colō,
id eſt membrū. ¶ Capitoliū vnde capitolinus tā ꝓprium ꝙ ap-
pellatiuū. Oui.xv.me. Fruſtraq; erit illa minata. Seruitura ſuo capi
tolia noſtra canopo. ¶ Cymolus cū y græco vrbis nomen, vñ
Cymol9 cymolius a.um. Oui.vij.me. Hinc humilē myconō cretoſaq; rura
cymoli. Florentēq; cythnon. ſcyrō, planāq; ſeriphon. hic n in cyth-
non liqueſcit. ¶ Deolis nymphę nomē, teſte Goudano. ¶ Gęo-
Deolis. lophus dictū eſt in regula de o in cōpoſitione, ꝓducit̄ teſte Neſtore
Gęolophus. apud Theocritum in.i.edyllio, & interpretat̄ terrę tumulus, gęa eſt
terra, lophos vero tumulus. ¶ Idolum qa græce ꝑ ω ſcribit̄ vt
Idolum doctiſſimi qq; teſtant̄, & (vt Neſtor ait) ꝓducit̄ ab Homero.xxiij.
iliados, & (vt Bebelius notauit apd' Lactantiū) in v̾ſu ſibyllæ ꝓdu
Bebelius. citur, id rectiſſime cuſtodit diuinus poeta Bapt. Mantuanus in pa-
negy. Roberti dicens. Verūetiam qui vana ſacris idola ꝓphanis Et
fragiles coluere deos, græce habet ei diphthōgon in prima ſyllaba
ideo cū Alexandro male cōceſſit Verulanus primā idolatra corri-
pi, nā ꝑ ſyllabas quinq; idololatra dicendū eſt, multi chrianorꝝ in
his defecerunt a lingua græca. Sedulius vir doctiſſimus recte dixit.
lib.v. Nec mirꝝ ſi iura dei gens impia vitet. Imperiūq; neget ſemꝑ
quæ idola adamauit, Lucos dilexit, ſimili nam more furentes. Tūc
coluere Baal nunc elegere Barrabā. Ita eſt in Sedulio quē ego vidi,
non (vt Nebriſſenſis offendit) Idola dilexit &c. non recte autē Pru
dentius in pſycomachia. Quoſq; viros nō ira fremens non idola
bello. Cedere cōpulerant ſaltatrix ebria flectit, & Alexander. Idola
dicta dei. Et Riga in libris Numerorꝝ. In terram ſanctā deus impat
idola tolli. Et Arator li.i. Idola tot Romæ mūdo collecta ſubacto.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Iollas viri nomẽ opinor ll geminare. At Iole es. mulieris nomẽ
corripit̃, vt hieroſolyma, licet Petrarcha auſus ſit ꝓducere, nã corri
pitur vt ſimplex ſolęmi. ¶ Mauſolus vir cuius ſepulchrũ mauſo Mauſol⁹
lęum dicit̃. vide cares a ante r. ¶ Mediolanũ. Auſonius. Et me
diolani mira omĩa copia rerũ. ¶ Neobole mulieris nomẽ, dicit̃ neobole
autẽ a neos. i. nouus, & bolos p ω mega. i. glæba vel fundus dicit
hoc Mãcinellus in illud Hora. li. iij. ode. xij. Studiũ aufert neobole
liparęi nitor hebri, verſus eſt Ionicus a minori, habens. iiij. ionicos
a minori. ¶ Pactolus fluuius, vide durius u ante r. ¶ Phicolus Pactolus
viri nomẽ a phicoli teſte Nebriſſenſi. ¶ Præſtolor (vt Bebelius
Goudanuſq; cũ alijs multis voluit) author eſt nõ ſatis idoneus Ri
ga quẽ ſequar dum doctiorẽ inuenero dicẽtem in vita Criſpini &
Criſpiniani. Non præſtolat̃ habitũ priuatio per quẽ. ſic Sulpitius
in quẽ ait Badius. Et ſubſolanus pręſtolor clauſaq; pola, ideo non
imitabor eũ qui dicit. Præſtolor interdũ meditorq; exordior atq;
Ordior. Calepinus niſi liber mẽdoſus ſit voluit corripi, tu ꝓducito
tantum. ¶ Subſolanus ventus ꝓducitur quia dicit̃ ſic nam ſole Subſola-
oriente ſubnaſci videtur. ¶ Timolus, vide regulã poſitionis. nus.

O Ante m corripitur, vt Ptolomęus, a Petrarcha o añ m.
male productũ. Hebdomas, Riga in Daniele. Septem ſic
annos hebdomas vna facit. Idẽ alibi male dicit Septima
lux celebris, hebdomada ſeptima feſtis.

## Exceptio.

¶ Produc noĩa neutri generis veluti amomũ, cinamomũ. vt patet
ex græco verſu quẽ ex Dionyſio citat Neſtor apud Mart li. vi. vbi
quidã male habẽt. Qd' ſemp caſia cinamomoq;, legi debet. Quod
ſemp caſiaq; cinnamoq;, phal. eſt. Abdomẽ. Axioma. i. enunciatio
ſcribit̃ eñ græce p ω mega. ideo nec in hoc nec in pluſculis imita- Axioma
bor Capellã dicentẽ lib. iiij. Aduenit & ſcholicũ preſtruit axioma.
Tolle hippomanes, ſodomũ, epitoma vt ſodoma, epitome, ꝓto-
tomus & qcqd eſt a tome. i. inciſio. Notent̃ cõpoſita e longis agno
mẽ, ignomis, ignomina, & e barbaris deducta Abeſalomus, Eſro
mus &c. ¶ Cenomani apud iuniores tantũ inuenio qui variant
Gaguinus. Ah fruſtra obloq̃ris cenomani principis aulã Ibis &c. Ceno-
Bapt. cõtra infideles. Cenomani acres, & nõ ignobile ſemen, Euga- mani.
nei veteris, & gens antiqua Liburni. Carni & Medoaci q̃ꝝ cogno
mina ſeruat Flumẽ &c. ¶ Ithome es. cũ th aſpirato arx Meſſeniæ Ithome
vrbis teſte Neſtore, licet nõnulli libri p n. ithone habeãt nõ ithome
Papi. iiij. theb. Planaq; Meſſenæ mõtanaq; nutrit ithome. ¶ Itho- Ithomus
mus cũ th aſpirato mõtis nomẽ, quẽ alij ithonũ alij ithymũ cum y

græco in ſcd'a vocāt,ſed optimi & correctiſſimi codices hn̄t itho‑
mū,apud Catul.in Argonaut. Qd' tibi ſi ſcti cōſeſſerit incola itho‑
mi. Ibidem. Vnigenaq; ſimul cultricem montis ithomi. ¶ Geo‑
metra, vide æ diphthongon ante o.

O añn
o

Ante n producit̃, vt Hieronymus, contractis duabus breuibꝰ in vnā longā vt ſit in monychus,ſiqdē interp̄tat̃ ſacrū nomē. Politianus, Tertius aonijs ſatur ille Hieronymus vndis. Coucionor qa fit a cōcio onis. noīe. Perſona licet ꝑſono verbū corripiat̃. Obſoniū & ꝓinde verbū obſono vel or. cōtra Sulpi. pluresq;. Hora. in. ij. ſat. lib. i. Om̄ia cōductis coemēs obſonia nūmis. ſic Iuue. Mart. &c ¶ Antiphona cōtra indoctos qd' patet ex ſil'r cōpoſitis, euphonia, ſymphonia, qa phone. i. vox ſcribit̃ grȩce ꝑ ω mega. Hora. in arte poetica, Vt gratas inter mēſas ſymphonia diſcors. Eſt aūt antiphona vox reciproca duobꝰ choris alternatim canētibus. Ergo vt recte notauit vir doctiſſimꝰ Antonius Nebriſ. nō docte ſatis Sidonius corripuit phonaſcus dicens in morte Claud. lib. iiij. epiſt. Pſalmoꝝ hic moderator & phonaſcus, phal. eſt. Phonaſcus autē is dicit̃ q ꝓnunciatiōis eſt magiſter & vocis moderator a phoneo. i. loquor. Trigonus, tetragonus, agonus, & quicqd eſt a gonia. i. angulus, nā grȩce ꝑ ω mega ſcribūtur. Itaq; recte dixit diuinꝰ poeta Fauſtus de ſcd'a victoria Neapolitana. Corpora ſeu ſteterint tetragonis ducta figuris. M. Manil. lib. i. Lanigeriq; notat fines clarūq; trigonū. Idem li. ij. Eſt quȩcūq; tamē dicunt̃ ſigna trigona. ſic alibi ſȩpe, hic fuit tp̄e Ouidij, Propertij &c. qa ſcripſit ad Octauiū Auguſtū, ideo nō imitabor Auſoniū gallū a latinis interī deficientē. Vt in his libris manifeſte declaro, vt quū de nūero ternario dīc. Per trinas ſpecies trigonoꝝ linea currit. Nec ſeq̄r Capellā in. ij. lib. dicentē. Trigonꝰ recuruet, circuluſq; torq̄at. Eſt iābicꝰ trimeter. Iu. Antoni gladios &c. apocope eſt, Inepte autē Petrar. in. iij. epiſt, li. de ortu Marci iunioris. Cui ſe lux tertia Marcꝰ Aggregat Antoniꝰ. Ibidē. Antonius Marcuſq; pium &c. Heu q̄n tos errores ſemīauit vnꝰ de ꝓprijs error. ¶ Hipponax poetȩ nomen, vn̄ carmē hipponactiū dicit̃. Rufinꝰ vtit̃ hipponax hoc metro ſȩpiꝰ author. Notent̃ obliq, nā alij ꝓducunt̃, alij corripiūt̃. Producunt̃ qdē, croton onis. trigon onis. & cȩtera in cremētis declarata. Mar. li. iiij. Seu teutū cæroma teris trepidū ve trigona. Variant̃ orion, egȩonq; añ enucleata. Corripiunt̃ yo pluria vt dixi veluti theutō onis. vn̄ theutonici. Calepinꝰ principiū aſpirat, biſton onis, vn̄ biſtonia, & adiectiuū biſtonius. ia. iū. Agmō onis. vn̄ agmonides patronymicū & viri nomen apud Oui. in. iiij. faſt. Cion onis, thraciæ populus, Mygdon onis, cum y græco vn̄ Mygdo‑

Anti‑
phona‑

Phona‑
ſcus.

Tetrago
nus.
Trigonꝰ

Hippo‑
nax

Ex obli‑
qs corre
ptis deri‑
uata.

nia regio, macedon onis. vn̄ Macedonia regio. Auſon onis. vnde
Auſonia & auſonius, ꝓpriū & appellatiuū. ¶ Chelidon onis. vn̄
Chelidonia. Paphagon onis. vn̄ paphagonia. Thelegon onis.
Mæon onis. vn̄ Męonia. Pęon onis. vnde Pæonia regio & hęrba
Aemō vel Hęmō vn̄ hæmonia, vel æmonia recti⁹ ſine aſpiratōe.
Aragō onis. vn̄ Aragonia. Lingō onis. vn̄ Lingonia, lingonicus,
talia ſunt innūera, nō regl'a ſed authoritate verꝫ noſcēda. Pepon — Pepones
onis, etiā corripit̃ a Philel. in. iij. ix. Spirit⁹ ac crepit⁹ peponū ficoſ
(qꝫ recentes.

## Exceptio.

¶ Corripiunt̃ a phone vl' phonos qn̄ ſignificat cædē, vt Tiſiphōe — Phonos in cōpoſitis.
vna furiarꝫ ab vltiōe mortis dicta, nā tiſis eſt vltio vel pœna. Oui.
iiij. me. Tiſiphōe canos vt erat turbata capillos Mouit, Nebropho
nos canis nomē, interp̄tat̃ ceruorꝫ occiſor, Nebris ceru⁹ ē. vide æ — Tiſiphōe
an̄ l. Lælaps. Perſephone. i. ꝓſerpina &c. Corripe q̊qꝫ cōpoſita a go — Nebrophonos.
ny. i. genu vel gen⁹, & filius vel fœt⁹. vt chryſogon⁹ aureus filius.
Antigon⁹ aduerſus & cōtrarius fili⁹, ſic Antigone, Erigone, Calli — Gony in cōpoſitis
gone &c. Iu. ſat. vi. Sunt q̄ Chryſogonū cātare vetēt. viri nomē eſt
¶ Aponus Venetię vicus iuxta Patauiū Liuij patria. Mar. li. i. Cēſet — Aponus
apona Liuio ſuo tellus, Scazō eſt. adiectiuū eſt aponus a. um. Luca.
li. vij. Colle ſedēs aponus terris vbi fumiger exit. ¶ Autonoe es. — autonoe.
Cadmi filia. Oui. iij. met. Saucius ille tamē ſer opem matertera dix-
it Autonoe. ¶ Aphronitrū p̱ regulā generalē de o incōpoſitis vt — Aphronitrum.
pędonom⁹. Sardomyx licet hic breues duę in vnā coeāt, chirono-
mos dionyſius mazonom⁹ & plura. Mar. in apop. Spuma vocor
nitrū dicor & aphronitrū. ¶ Apolloni⁹ rhetoris nomē apd' Mar. — Apollonius.
li. v. Ante ſalutabat rhetor Apollonius, ita hn̄t libri q̊s vidi, licet cū
Calderino Neſtor Apollodorus legat, qd' mihi nō ſit veriſil'e, qa
hoc nomē a Martiale ꝓducit̃ li. i. Apollodoro plaudit imbifer Ni-
lus. Scazon eſt, q̄ re inepte dixit Macer dicit Apollodorus qd' pelle
re poſſet abortū. Itaqꝫ apd' Mart. diuerſi ſunt rhetores Apollodo-
rus & Apollonius. Apollodorꝫ rhetorē vel poetā Martial' laudat
Apolloniū deridet &c. Alit̃ dixit Bapt. Tu q̊qꝫ cęleſtes imitās Apol — atronius
lonia nymphā. ¶ Atroni⁹ viri nomē in. x. ęnei. vide e an̄ a nealces. — Arſione.
¶ Arſione mulieris nomē apd' Luca. li. x. ¶ Aconitū, vide i ante t. — Alcyone
¶ Alcyone ſine aſpiratiōe teſte cū Merula Neſtore, & ſi cū aſpiratio
ne principij Tortellius ſcribi rectius putet, mulier eſt & auis, q̄ etiā
hæc alcion onis. dicit̃ & alcedo. m'ta dicit Neſtor. Oui. xi. met. Incu
bat alcyone pendētibus eq̊re nidis. Idē. Cęycis in ore nulla niſi Al- — Ballonoti.
cyone eſt. ¶ Ballonoti vel bellonoti ppl'i. Sido. in. ij. paneg. Ballo-
notus, rugus, burgūdio veſus, alites. ſic apd' Vale. flac. lib. vi.

**Cocto/** ¶Coctonum ſed pluraliter magis dicit̃ coctona orum. & ſunt fici
**num.** quidã. Mart. Paruaq́ cum canis venerunt coctona prunis.
**Chione** ¶Chione meretricis nomẽ apd' Mart. frequẽs. ¶Eurymone mu
**achion.i.** lieris nomẽ cum y grȩco. iiij. met. ¶Epimone figuræ nomẽ teſte
**nix.** Calepino. ¶Erichthonius interpretat̃ lis terræ. eris lis eſt, chtho/
**Eurymo** nos cum ch & th. aſpiratis in vna ſyllaba terra dicit̃, hinc Chtho/
**ne.** nius viri nomen apud Oui. xij. met. qui in met. ij. ait. Pallas Erich/
**Epimõe.** thonium prolem ſine matre creatã. Clauſerat Actȩo texta de vimi
**Erichtho** ne ciſta. ¶Edonis vt ſidonis in cremẽtis patet. ¶Heſione mu/
**nius.** lieris nomẽ. viij. æneí. ¶Hermione mulieris nomen. Mar. lib. iij.
**Heſione.** Dic mihi quid ſimile eſt Thais & Hermione. Hermonia vͦo vrbs
**Hermiõe** in mari ȩgȩo vt dicit Calderinus, ſine dubio ꝓducit̃. Verg. in ciri.
hinc ſinus hinc ſtatio contra patet Hermiona. ¶Halcyone vide
**Hylonõe** alcyone. ¶Hipona, vide in. ij. li. regulã de re in cõpoſitis. ¶Hico/
nus. ¶Hylonome es. ꝓprium mulieris apud Ouid. xij. met. Ab/
ſtulit Hylonome &c. cum y græco. ¶Harmonia vide i ante a.
¶Harmonicus cõmune & ꝓpriũ. ¶Ilioneus viri nomen apud
**Ilioneus.** Verg. frequẽs vt Ilione mulieris nomẽ. ¶Ioniũ, vide i ante o.
¶Leuconia quia a leucon vt Macedonia a macedon. ¶Mando/
nius viri nomẽ cuius ſocius cȩſo fuit. Sil. li. iij. Mandonius populis,
domitorq́ inſignis equoꝵ. Imperitat cȩſo. Meriones, vide e, ante r.
**Mando/** ¶Mycone es. vel myconos i. cum y græco vna cycladũ, vide i añ
**nius.** p ſeriphos. ¶Matrona fluuij nomẽ, vide e ante q. ſequana. pro
muliere maritata notum eſt produci. ¶Mãmona. ¶Manonyx
**Mycone.** vtrũq́ ponit Verulanus. ¶Pleione Atlantis vxor, vide i ante a
**matrona** pliades. ¶Paretoniũ oppidum & portus ægipti, hinc paretoniꝰ
**Pleione.** a, um. i. egyptius. Sil. li. iij. Quaſq́ paretonio glomerarit littore tur/
**Paretoni** mas. ¶Peletroniũ oppidum, vnde peletronius cõe & ꝓpriũ. vi/
**um.** de u ante p. Erygdupus. ¶Pannonia regio, forſitan a viri noĩe
**Peletro/** pannon onis. hinc pãnonus pãnonicus pannonis idis. Stat. v. ſyl:
**nium.** An iuga pãnoniȩ, mutatoreſq́ domoꝵ. Sauromatas quaties. Idẽ:
**Pãnonia** pri. ſyl. Pannoniuſq́ ferox. ¶Phœmonoe, vide œ ante m.

**O añ p** o Ante p corripit̃, vt atropos parcȩ nomen. Me
rope es. inſule nomen, licet in Calepino dicat̃ ꝓduci. Iope
puelle nomen, at Ioppe portꝰ & vrbs poſitu ꝓducit̃, teſte
Tortellio.

## Exceptio.

**Antro/** ¶Antropos. i. homo, græce p ω mega in ſcd'a ſyllaba ſcribit̃. hinc
**pos.** vtimur antropophagi cũ th aſpirato in ſcd'a ſyllaba. homĩes ſunt
hũana carne victitantes. Apãthropos inhumanus, apanthropia
inhumanitas, anthropophormitȩ, heretici qui deũ in ſua eſſentia

mẽbra habere putant, vnde anthropophormitica hæreſis. ¶ Mi-
ſanthropus hoĩm oſor qui hoĩm congreſſionẽ fugit, miſus odiũ
eſt. Miſogyneia mulierũ odium. ¶ Aſopus aſopiũ, vide a añ s.
¶ Aeſopus. Hora. Filius Aeſopi. ridendus eſt verſiculus. Aeſopus
vel Iſopus eſt hærba ſed eſopus dat bona verba. ¶ Aerope ſine
diphthongo tetraſyllabũ non ꝑducit̃ contra quendã, vide ę diph
thongon ante r. ¶ Cleophas viri apoſtolici nomẽ qͣ teſte Gou cleophas
dano græce ꝑ ω mega ſcribit̃. ¶ Canopus aſtrũ & ęgypti vrbs, canopus
vnde canopita. Proper. lib. iij. Scilicet inceſti meretrix regina cano-
pi Vna Philippęo ſanguine aduſta nota. Capella lib. viij. cõtra ve-
terũ authoritatẽ ſolus auſus eſt corripe, mĩme in hoc & in pluſcu-
lis imitandus dicens. Ignoto canopes ſeſe infert fulgidus aſtro, nec
poteſt accẽtus gręcus iuuare, rõne cuius Sulpitius cũ nõnullis alijs
inepte credit ſyllabã natura breuẽ poſſe interdũ ꝑduci, vt in Verg.
&c. an audebũt epiros corripe, audebũt opinor, ſed rem ſine vete-
rum authoritate edunt, ideo eiuſmodi grãmaticis minime credo.
¶ Conopęum a conops vt in crementis dictũ eſt, ſed hoc adden- conopęũ
dum eſt conopiũ pęnultima breui etiã dici, vt dędalęũ & dędalium
Proper. li. iij. Fœdaq; tarpeio conopia tradere ſaxo, hic Beroaldus
ait conopeũ gen⁹ retis ſiue tentorij ad culices arcendos, qͥbus plu-
rimũ vtunt̃ ægyptij. Aliqui libri male habent canopęa. Canopus
aũt Menelai claſſis gubernator ſi r ꝑducit̃, qͣ inde prius dictũ vo-
lunt. ¶ Crotopus argiuorꝫ rex. Papi. theb. i. Pergrens nr̃i tecta
haud opulẽta Crotopi. ¶ Europa mulier & terræ ꝑs, vide a añ e. crotop⁹.
Paſiphae. Epopeus nauta in delphinũ ꝟſus a Baccho. Oui. iij. met.
Aniorꝫ hortator epopeus. ¶ Hyſopus velum. vide in primis. Europa.
¶ Hydropiſis hydropicus, vide cremẽta hydropsis. ¶ Inopus flu Epopeus
uij nomẽ. Val. flac. Tũ fugit oẽ Cobyli lat⁹ & fatis tibi Tiphy nega
tum. Partheniũ ante alios, triuię q credit̃ amnis Fid⁹ & inopis ma- Inopus
terna gratior vnda. vbi mẽdoſe legit̃ inopię teſte Hermolao in pri
mũ caput ſexti libri Plinij de naturali hiſtoria. ¶ Iopas cytharœdi
nomẽ, Verg. i. ęnei. Cythara crinit⁹ Iopas Perſonat aurata, ſcribit̃
vnico p teſte Tortellio. ¶ Leucopetra. Priſ. in perihe. Ad leucope Iopas.
tram lõgiſſima rura tenẽtes. loci nomẽ interꝑtat̃ alba petra. ¶ Me- Leucope tra.
tropon rupis nomẽ interꝑtat̃ frõs. In eo. lib. Pro merito grai criu
dixere metopõ. ¶ Rhodopis nymphę nomẽ teſte Bebelio. At rho Metopõ.
dope mõtis nomẽ corripit. ¶ Proſopos. i. ꝑſona. Proſopopæia
ꝑſonę fictio. Mar. li. vi. Comœdi tres ſũt, ſed amat tua Paula lupce Proſo-
Quatuor & cophõ paula ꝑſopõ amat. i. occultã ꝑſonã, multa dicit pos.
Merula. ¶ Pyropus lapis. Oui. li. ij. me. Clara micãte auro flãmaſq; Pyrop⁹:

imitante pyropo. ¶ Sinope es. cum ĩ noſtro vrbs cappadociæ:
Sinope. hinc ſinopis idis. terra quędam rubea & ſinopica rubica apud Vi-
Sinopis. ctruuium lib. vij. Hierony. in Hieremia facit laquearia cedrina pin
gitq́ʒ ſinopide. interpretes quid ſit nõ explicant vt in annotationi-
bus docuit Beroaldus. Vale. flac. lib. v. Aſſyrios complexa ſinus
ſtat opima ſinope Nympha prius. Sinopeus viri nomẽ. Oui. in. i.
Sinope9. de ponto. Non doluit patria cynicus procul eſſe ſynopeus. Legit
ẽm ſedes attica terra tuas. ¶ Siope es. ſilentium, hinc apoſiopiſis
Siope. vide maria in vocali ante vocalem. ¶ Theophilus theophila,
theophorus naturaliter corripiuntur, vt theodorus &c. aliquãdo
tamẽ ꝓducuntur, quia h cõſonantis vim interim putat̃ obtinere.
Mart. lib. vij. Hęc eſt illa tibi ꝓmiſſa theophili cani. vocatiuus eſt a
canius. Idem lib. x. Inter ſplendophorũ theophorũq́ʒ phal. eſt.

O añ q O ante q corripitur, ſi inueniat̃, producitur vero ſi alio
qui. Lucre. lib. iij. Incolumis q̃uis alioqui candidus orbis. ſic Hora.
ſat. iiij. lib. i. Siquis erat dignus deſcribi ꝙ malus aut fur. Qꝫ mœch
us foret aut ſicarius aut alioqui Famoſus multa cum libertate nota
bant, vtroq́ʒ ꝓducitur quia abltũs eſt, vel ex hoc aduerbiũ. Preco-
quus autẽ corripitur vt coquo. Mart. in xenijs. Vilia maternis fura
mus pręcoqua ramis, ſic alloquor vt loquor &c.

Ante r corripitur, vt roboro as. promõtorium
O añ r. o Ouid. xv. met. Inde legit capreas ꝓmõtoriũq́ʒ Mineruæ.

Exceptio.

¶ Producuntur deriuata a lõgis vt Maioranus viri ꝓprium apđ
Sidoniũ. adoreus, olorinus & deriuatiua in orus a. um. & orius a.
um. vt ſonorus cõſiſtoriũ apud Sidoniũ in laude Narbonis, pre-
torius, ſenatorius quia a prętoris ſenatoris gt̃is fiunt. ¶ Produ-
Doron cuntur cõpoſita a doron. i. palmus vel donũ cõtra indoctos, inter
quos eſt Macer veluti Apollodorus, iſidorus, caſſidorus, heliodo
Iſidorus. rus, ideo male dicit pantheõ. Corpus Heliodori fodiunt abeuntq́ʒ
latenter, vbi in gt̃õ heliodori ter peccat ineptiſſimę. Iuue. ſat. vi. Tõ-
ſoris damno tantũ rapit Heliodorus, ſic eudora, pandora, metro-
dorus, tetradorõ, pentadorõ &c. Iuue. ſat. vij. Artem ſcindẽs theo-
dori. Clau. Nil iam theodore relictũ eſt. Sido. in. iij. paneg. Tu theo
dore venis quoniã pietate ꝓpinqui. Idem corripuit licẽter theodo-
re in quo eum nõ imitabor, q̃a in multis a veteribus defecit. Au
Dio. ſonius in epig. Languenti Marco dixit Diodorus aruſpex. Ad vi-
tam nõ plus ſex ſupereſſe dies. Verg. iij. æneí. Nam polidorus ego
Mart. Artemidorus amat calliodorus arat &c.

¶ Achoreus cum eu diphthongo poſt ch aſpiratum viri nomen
Luca.lib.viij. Pellææ coiere domus quos inter Achoreus. ¶ An Achores
thores per n cõſonantem ante th aſpiratum viri nomen. Verg.x. Anthores.
æneí. Herculis authorem comitẽ qui miſſus ab argis. Heſerat Euan
dro. ¶ Aurora notũ eſt. Ouid Eurus ad auroram &c. ¶ Cy Cyterus.
terus cum y græco ſine aſpiratiõe, mons aſiæ minoris teſte Solino
nõ Macedoniæ europeæ, vt cõtra Seruium docet Beroaldus. Eſt
etiam Phryxi filius, vnde Cytorũ oppidum nomẽ accepit. Verg.
ij.geor. Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorũ. ¶ Crotiorus
viri nomen in.v. Vale.flacci prima ſyllaba correpta. ¶ Chry Crotiorus
ſoloras apud Philel. in quinta primę correptis prima & ſecũda nõ
recte ſi a chryſos.i.aurum deriuetur. ¶ Cyboriũ cum y græco in Cyboriũ
prima vt cybus teſte Neſtore, a cybiſis.i.pera, quia cybũ pera feri
mus, nõ a capio vt indocti putant. Hora.lib.ij.car.ode.vij. Cybo
ria exple Funde capacibus. verſus eſt alcaicus dactylicus. Quidam
volunt ipſos cibos eſſe, alij poma quedã alexandrina. ¶ Diotes
viri nomẽ. Verg.æneí.v. Regius egregia Priami de ſtirpe Diores. Diotes.
¶ Helorus fluuius e Pachyno fluẽs inter ſaxa, ideo clamoſus dicit. Helorus.
Sil.li.xiiij. Clamoſus helorus. Finis eſt hexametri, Helorus etiã vr
bis nomẽ eſt teſte Ptolomęo. ¶ Lycoras viri nomen. Calphur. Lycoras.
ecloga vij. O piger o duro iam durior axe lycora, cum y græco. Lycoris.
¶ Lycoris idis. nomẽ mulieris cũ y græco in prima. Mart.li.viij. In Lycoreus
genium galli pulchra Lycoris erat. ¶ Lycoreus cũ y græco & eu Lycorias
diphthõgo, vnde lycorides actũs lycorea ꝑducit apud Papi. in vij.
theb. ¶ Lycorias etiã cum y græco in pria gtõ adis. ꝑducit apud
Verg.iiij.geor. nymphę nomẽ eſt. ¶ Meteorus a.um.i.ſublimis,
ſuſpenſus, ſubleuatus. vnde meteora orum. libri quidã Ariſtotelis Meteorus
vbi de rebus in aere ſuſpẽſis & accẽſis agit. Meteorologus q de hu
iuſmodi rebus tractat, ſcribit p ω mega teſte Calepino. ¶ Opori
nos, vide i ante m chimerinos. ¶ Pelorus mõs, vide a ante c pa
chynus. ¶ Pelorus viri nomẽ apud Sil.lib.xvi. ¶ Peloris idis. Peloris
piſcis. Mart.lib.x. Et fatuã ſumma cœnare pelorida mẽſa. ¶ Riſa risamori
mori celtiberiæ populi vt ait Domitius in hũc phaleuciũ Mar.lib.
iiij. Tutelãq; choroſq; riſamorum. Ergo ſyncopa eſt ꝑ riſamororũ
niſi ntũs ſit riſami. ¶ Sertorius viri nomẽ. Luca.lib.ij. Quiq; feros Sertorius
mouit Sertorius exul iberos. ¶ Sycomorus cum y græco arbor Sycomorus.
interp̄tat ficus facua, ſycos cũ y gręco ficus eſt, moros fatuus, vnde
morio. ſycos aũt primã ꝑducit, ergo etiã ſycomorus & ſycophan
ta. Mart. Quadringenta ſecat qui dicit ſycamerice.i.ficos, diuide.
¶ Trichora orum. ſunt ædificia tribus pinnis ſurgẽtia, teſte Domi trichora.
tio in primũ ſyl. Papinij vbi ꝑducitur.

O añ s o Ante s producitur, vt metamorphoſis, quia te
ſte Nebriſſenſi per ω mega ſcribitur, vt antiptoſis, teſte
Mancinel. Ioſeph apud Iuuencũ a Riga male correptũ.

## Exceptio.

Ambro ¶ Ambroſia & Ambroſius interpretaẗ immortalitas vel immor
ſius. talis quod dei ꝓpriũ eſt, a.i. ſine brotos mortalis, m euphonię cau-
ſa interponiẗ. Mart. Iuppiter ambroſia ſatur eſt & nectare viuit. Iu.
ſat. vi. Accipis vxorẽ de qua cytharœdus Echion, Aut glaphyrus
fiat pater Ambroſiuſue choraules. ſic apud Vale. flac. li. iij.
¶ Amboſius viri nomẽ aut cognomen apud Fauſtum. ¶ Cy-
Ambo- noſura huc non pertinet, quia s in ſecũda ſyllaba ſeruat cum y græ
ſius. co, interꝑtatur canis cauda, cynos canis eſt, vra cauda. Eſt autẽ vr-
Cynoſu- ſa minor. Luca. lib. viij. Arctophylax ꝓpiorq; mari cynoſura fe-
ra. retur. ¶ Eboſita vide e ante b. Eleemoſyna. ¶ Ennoſigęus Ne
ptunus quia terram concutit. enno. i. quatio. gęa eſt terra. Iu. ſaty. x.
Genoſus Ipſum cõpedibus qui vinxerat Ennoſigęũ. ¶ Genoſus epiri flu
uius. Luca. lib. v. Aut genoſum nunc ſole niues Nunc imbre ſolu-
Leucoſia tæ precipitant. ¶ Leucoſia inſulę nomẽ corripitur a Sillio li. viij.
Oui. xv. met. Leucoſiamq; petit. ¶ Mnemoſyne, vide e ante m.
¶ Pandroſos puellæ nomẽ ſecundę declinatiõis apud Ouid. in. ij.
Pandro- met. Pãdroſos atq; herſe &c. ¶ Petoſiris, vide i ante r. ¶ Sym
ſos. poſium, vide o ante t ſympotes. ¶ Sophroſyne & euphroſyne
quia græce per o micron ſcribũtur. ¶ Syracoſius, vide e ante c.
¶ Theodoſius Mantuanus quodam in loco ꝓduxit Claudianus
corripit duabus primis ſyllabis per ſynæreſin in vnã longam cõ-
tractis vt lib. i. in Ruſinũ. Quas cęlo Iuppiter arcet Theodoſius ter
ris en aurea naſcitur ætas, ſic idem alibi ſemper. Sic quoq; Sidoni⁹
in. ij. paneg. Ex quo theodoſius cõmunia iura fugato reddit autho
ris fratri ergo variatur, niſi Claudianũ preferas Baptiſtę.

O añ t. o Ante t producitur, vt aptotum, diptotum, mo
noptoton, homœoptoton & cętera aptoſis. i. caſus, con-
tra Verulanũ Nebriſſenſem & Tubingenſem, quia ſcri-
buntur græce per ω mega, teſte doctiſſimo viro Antonio Manci
nello cui mecum aſtipulantur doctiſſimi grãmatici Calepinus, Ba
diuſq;. ¶ Deltoton ſignum cęleſte triangulũ a littera delta ſic di-
Deltotõ. ctum. M. Manil. lib. i. Cõſpicitur paribus deltoton nomine ſidus.
Cæſar in Arato. Hunc aries iuxta medium deltoton habebit. Ma-
le itaque Bartholomæus Colonienſis ad Theodoricum Vlſeni-
um ita ſcribens. Et puer anguitenens & deltoton atque ſagitta.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Errauit idem pluribus veluti philoſophia, pulices philoſophus ru
dimenta preſtet. Intra procyon argo gęometria Aratrū. Nimium
forem lōgus ſi oīm neotericoꝝ vitia vellem ꝑſequi, quiſq; ꝑ ſe fa-
cile deprehēdet, ſi cognouerit hos noſtros libellos. ¶ Lithoſtro-
tos vel lithoſtrothon cū i latino in prima ſyllaba & th aſpirato in ſe lithoſtro
cunda ſyllaba, a lithos. i. lapis, & ſtrotos ſine aſpiratiōe vlla. i. ſtratꝰ tos.
per ω mega teſte Neſtore, dicit̃ pauimentū lapideum, nec fit ex grę
co lithos & latino ſtratū contra Tortelliū, nec dicit̃ lycoſtratos vt
inepti legūt in euāgelio, quia hoc ſi vſq; repiret̃ ſignificaret lupoꝝ
exercitū, nam lycos ꝑ y græcū lupus eſt. ſtratos exercitus. Scriptu-
ra itaq; recta eſt. Et ſedit pro tribunali in loco qui dicit̃ lithoſtrotos
contra Vgutionē Mamotrectū &c. Varro. Citrū auꝝ, miniū, em-
blema aut lithoſtroton aſpiciebatur.

## Exceptio.

¶ Corripe cōpoſita a dotos. i. datus, vt herodotus, eudotus, zeno-
dotus, quę ſunt viroꝝ ꝓpria. Antidotū cōtra venena medicamē
tum. Auſo. in epi. Antidotū ſumet qui ſociata bibet. Sido. in laude
Narbonis. Torrēs Herodotus tonans Homerus, phal. eſt. Teudo Herodo-
tus apdꝰ Oui. ī Ibide, ſic theodotus. ¶ Corripe a græco potes. i. po tus.
tor, vt ſympotes, cōpotor, œnopotes, hydropotes. Archipotes & antidotū
quicq̇d eſt tale aliud. Mart. lib. i. Miſo mnemoma ſympoten ꝓcille.
phal. eſt. i. odi memorē compotorem o ꝓcille Philel. in. ij. ij. Me ni- Archi-
mis extollis, nimiū me laudibus ornas, ſic ſimilis deriuatiōis noīa potes.
habētia o añ s vt ſympoſiū, conuiuiū, ſympoſiarcha princeps vel
dn̄s cōuiuij. Archipoſia idem. ſympoſiaſtes cōuiuator. ¶ Notē-
tur ꝑ regulā generalē de o in cōpoſitis nota, veluti ꝓtotomus, leu-
cothoe, zelotypus, dorotheus, timotheus, tymothoe, idothee &c.
¶ Acrota viri nomē. Oui. xiiij. met. de quo remuluſq; ferox Acro
ta ſunt geniti. ¶ Abrotanū hærba. Luca. lib. ix. Abrotanū & lō-
genaſcētis cornua cerui. Ballonoti, vide o ante n. ¶ Coprotinus Acrota
id eſt ſtercorarius teſte Goudano. ¶ Deiotarus, vide racipalis a Abrota-
ante c. euronotus, quia fit a notus, vt oſtrogothus & veſogothus num
a gothus. ¶ Golgata apud diuum Cyprianū in carmīe de cruce Ballo.
Hippotas viri nomē teſte Goudano. ¶ Oenotria, œnotri, œno-
trij, œnotrius. Verg. Oenotrij coluere viri. ¶ Onocrotalus auis
quędā. Mar. li. xi. Turpe rauēnatis guttur onocrotali. ¶ Sibotes
viri nomē. Vale. flac. li. vi. Suſtulit & gladio ſibotes ferit vltīa teli. Oeno-
O ante u raro inuenio preterq̄ȝ in ꝓprijs apud chriſtia tria.
nos tm̄ inuēta, vt Lodouicus, Genoueſa q̄ pęnultimā ſolū ꝓducūt. Onocro
talus.

Clodoueus in epigrãmate quodam in hiſtoria francorũ quã Gaguinus cõpoſuit vltimã ſolum corripuit.

V añ b — Añ b corripit, vt lugubris. Hora. li. ij. car. ode. i.
v — Qui gurges aut q̃ flumina lugubris. alcaicus dactylicus eſt. Delubrũ vt quidam volunt, Sed Aldus vult tantũ ꝑduci. qđ tutius eſt donec correptio inueniatur.

Exceptio.

Ambubaiæ. ¶ Ambubaiæ tibicinæ lingua ſyroꝝ, alij dici volunt ab an. i. circũ quaſi circum baias locum amœniſſimũ verſari ſolitę. Hora. ſat. ij. Ambubaiarũ collegia pharmacopolæ. ¶ Anubis is. vel idis.
Anubis. interpretat̃ canis, fuit ægyptioꝝ deus, & (vt volunt) Mercurij co-
Inſuber. gnomen. Nec a nubes dicit̃ vt ſompniat Vgutio. Verg. Omnigenumq; deum mõſtra & latrator Anubis. ¶ Inſuber teſte Bebelio Badioq; amnis eſt. ¶ Connubiũ variat̃ vt dictũ eſt Corruba. vide o ante r corãbla. ¶ Saluber cõtra ineptos. Alexander. Syluester celeber acerq; celerq; ſaluber. Oui. in. ij. li. de arte aman. Vt faueas cœptis Phœbe ſaluber ades. Solubilis & volubilis etiã ꝑducunt̃ ꝑ regulam quã poſuimus in medijs in i ante b. Oui. Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat.

V añ c — Ante c producitur, vt pann utius, ſambacus &
v — ſabucus. Nanſerenus ait. Cõueniet tenerę radix decocta ſabuci. Patucius. i. Ianus a patẽdo apud Ouid. in. i. faſt.

Exceptio.

¶ Volucer volucris tam fixũ q̃ mobile & apud Philel. viri nomẽ.
Volucris Petrucius. Sed marullus ꝑducit, & credo ꝑ t petrutius citius ſcribi. Enucleo, bardocuculus, educare, corripim⁹ qa e breuibus ſunt.

V añ d — Ante d producitur, vt teſtudo notent̃ e breui-
v — bus, Diſpudet. repudiũ. i. ob rem pudendã recuſatio. Seneca in Medea Repudia thalamis q̊ viꝝ linques modo. Eſt iãbicus trimeter. Erudo, erudio, eadẽ de cauſa corripiũtur cõtudi alibi dictũ eſt. V ante f in ſimplici nõ reperio, ſi vſq; eſt dicunt corripi, vt carnufex vetuſte pro carnifex.

V añ g — Ante g producit̃, vt lanugo, ſanguiſuga a nľo
v — docto corripit̃, qa ẽ a ſugo, notent̃ ę breuib⁹, vt cõiugiũ.

V añ L — Ante l corripit̃, vt ſingulus a. um. vnde ſingu-
v — lati & ſingillati. i. ꝑ ſingľa, prius hexametrũ non ingredit̃ ideo apđ Lucretiũ, mẽdoſe legit̃ ſingulati ꝑ ſingillati, veluti li. ij. Nec ſingillati corpuſcľa queq; vapores. Idẽ li. iiij. Nec ſingillatim pñt ſecreta videri. at ſine n ſigillatim a ſigillũ eſt, vt rem prin-

ceps ſigillatī mādauit ingrere. Notent̄ gemīata vt Catullus, Lucul-
lus, autullus, pactullus, culullus vas, cucullus veſtis & auis quæ cu- Cuculus
culus ſæpius dicit̄. Mart. Quis pplures cuculus cantauerit annos. Cucullus

## Exceptio

¶ Produc noīa deriuatiua in vlis, q̄lia ſunt tribulis, cōtribulis, edul-
curul, ſic eduliū. Hora. ſat. iiij. li. ij. Vinea ſūmittit capreas nec ſemp
edulos &c. ¶ Producunt̄ a dulos. i. ſeru9, q a grœce p ου diphthōgō
ſcribit̄, vt hieroduli, philodul9, theodul9, pſeudodulus, nā pſeudu- Dulos.
lus iminutū eſt nō cōpoſitū, hieroduli ſunt ſacrorꝝ miſtri &c. Pro-
duc q̄q; cōpoſita a bule. i. conſiliū, vt hęc ppa cherobul9, archibul9
paſibul9, paſia. i. oīs, thraſybul9, cleobul9. Auſo. in epig. Arma ſup Bule ī cō
ueheris qd' thraſybl'e tua. Sido. in. i. paneg. Lindię q̄ cleobule canis poſitis.
modus optim9 eſto. Baptiſt. Pius affert hexametrū grœcū vbi pdu
citur, Metron men cleobl'os olindios eipen ariſton, id ſic tranſfert.
Optima mēſura eſt Cleobulus Lindius infit. ¶ Apulia, vide a añ
p, ſed appulus corripit̄. ¶ Amulius viri nomē, Ouid. iij. faſt. Hoc
vbi cognouit cōtemptor Amulius æqui. ¶ Adulor qd' veteres Amuli9.
adulo as. dixere. Auienus in Arato vetuſte locut9 eſt dicēs. Cæru-
lus accedēs diti loca flumīe adulat. ¶ Aduleſcens p adoleſcens, ſed
libentius p u dixero, licet forſan ita dicat̄ vt vpilio p opilio. Nota- Adule-
uit id ante me Politian9, licet putauerā me primū locum vbi pdu ſcens.
cit̄ notauiſſe. Ver. i ciri, At leuis ille de9 cui ſemp aduleſcētū. Quęrit̄
ex oī v̄borꝝ iiuria dicto, v̄ſus por ē ſpōdaic9. At. ij. gęor. Ac dū p-
ma nouis adoleſcit frōdib9 ętas. ¶ Gętulia gętul9, vide æ diphthō-
gon añ t. ¶ Iulus, vide finē li. i. ¶ Peculiū vñ peculiaris Ver. nec cu
ra pecl'i. ¶ Portula, vide a añ c. ¶ Torcular. Riga in Luca. Erexit tur
rim torcl'ar fodit in illa, ppter hūc mīme authoritatis virꝝ Neſtor
vult pduci. Sulpiti9 v̄o q a torculū fit vult corripi, ſic Ferett9 ve- Torcl'ar
luti a ſpeculū ſpecl'ar, his libēti9 credo q̄ Petro Rigę, qcq̄d vſq; di-
cant Priſcianus, Tortellis & Antonius Nebriſſen.

## Ante m producitur, vt legumen, argumentum

v **Exceptio.** v añ m.

¶ Corripiunt̄ noīa in mentū a v̄bis ſcd'e documētū, no
cumentū, monumentū, & antiq̄ in qb9 u p i locat̄, veluti optum9
maxum9, decum9, & māifeſto e breuib9 deducta, vt a tumeo cōtu
max cōtumelia. Oui. i. met. Et documēta dam9 q̄ ſum9 origīe nati.
Verg. vi. æneí. Illa hæc monumēta reliquit. Mart. lib. ix. Sed tu ſyl-
laba contumax repugnas, phal. eſt. Hora. in epodo ode. xi. Nec cō
tumeliæ graues. iāb. di. ¶ Autumo vndecūq; ſit. Autumat hęc po
pulos hæc magnos formula reges, hoc dicit Hora. ſaty. iij. lib. ij. autumo.

Nigidius figulus voluit eſſe a pⁿpoſitione ab & verbo ęſtimo. Automedō nō autumedon dicit, licet ita nōnulli dicāt. author Tortel.

Columella. ¶Columella viri nomē, & apud veteres appellatiuū ꝓ ſeruo maioris dn̄i, vt docet Merula apud Martialē li. xi. Afferentē illud Lucillij Lucilli Columella hic ſitus metrophanes. pētameter v̄ſus eſt, & eliditur ſ in ſitus.

Columē. ¶Columē, ꝓ colmen hinc incolumis. i. ſanus. Sil. lib. xv. Auſonij columen regni. Iu. Incolumi troia Priamus veniſſet ad vmbras. ¶Cucuma, vide a ante c. otacilius. ¶Cucumis, Verg. in coppa. Et pendet iūco cæruleus cucumis.

Cruſtumium. ¶Cruſtumiū oppidi nomen apud Sil. lib. viij. & fluuij nomē apud Luca. lib. ij. vide metaurus, e ante t ab oppido dicūtur cruſtumia poma. Verg. lib. ij. Gęor. Cruſtumijs ſyrijſq; piris grauibuſq; volemis.

¶Cruſtumeꝝ & pluraliter tantū cruſtumeri orum, teſte Seruio, oppidi nomen, vide atina a ante t.

Emolumētum. ¶Emolumentū. i. fructus & vtilitas. Iu. ſat. iij. Honeſtis nullus in vrbe locus, nulla emolumenta laborū.

Irrumo. ¶Irrumo as. inhoneſte rei verbū. ab in & rima, teſte Merula vel in & ruma vt vult Calderinus Mart. lib. ij. Quę faciat duo ſunt irrumat aut futuit. Incolumis vide columen.

Lucumo. ¶Lucumo viri nomē, vnde Lucumedi & lucumones Thuſci ſunt, Etiā eſt fluuij nomen. Auſo. ad theonē. Anticyrāq; bibas Samij Lucumonis ad amnē. Ibidem ꝓduxit priores in notiuitalę & ſecundā in bellicani & trihorra orum.

Pactumeius. ¶Pactumeius pueri nomē. Hora. in epodo. ode. xvij. Tuus venter Pactumeius & tuo cruore rubros obſtetrix pannos lauit. Sunt iābici trimetri. ¶Poſthumus ꝓpriū & appellatiuū, ſic poſthumius, poſthumianꝰ. Mar. Dic mihi cras iſtď Poſthume quando venit. (vide e ante a.

Vañ N. V ante n producitur, vt lacuna, ſed corripitur albunea

V añ p. Ante p corripit, vt Centurupe oppidum Siciliæ. Sil. li. xiij. Necnon e vertice largo Centurupe.

### Exceptio.

Arupinꝰ. ¶Arupinus. Tibul. lib. iiij. Teſtis arupinus & paup natus in armis populi nomē.

Erigdupus. ¶Erigdupus viri nomē. Oui. xij. met. Vecte pelletronius macareus in pectus adacta Strauit Erigdupum memini et venabula condi

Marſupium. ¶Marſupiū. Prudētius in pſyco. Tineis etiam marſupia crebris. Exeſa & virides obducta ærugine nummos.

V añ r. Ante r ꝓducit. vt Ituręi populi Syriæ malefici Verg. ij. gęor. bona bello Cornus Ituręos taxi torquent in arcus. Goudanus male credidit ituręi primā ꝓducere. Hetruria vide e ante t. ergo indocte dixit Petrarcha in vi. aphricæ:

Hetruriæq; latus ſpatioq; breuiſſima gorgon. Pœnuria cōtra quē
dam, vide œ diphthōgon ante n.

### Exceptio.

¶ Corripe verba meditatiuæ formę, & in vrio ſimilia, veluti dictu Vrio.
rio, luxurio & quicq̄d ſimile eſt, vnde luxuria, luxuries &c. eſuries
eſuritio &c. Sed produc ligurio is. abligurio, ſcaturio. Hora. ſat. iiij.
li. ij. Puer vnctis Tractauit calicē manibus dum furta ligurit. Auſo.
in epig. Eunus ſyriſcus niguinū liguritor. Scazō eſt. Ligurire ꝓprie
teſte Donato in Eunuchū Terentij, eſt eleganter & more ſenū mul
to faſtidio ſuauiora quæq; deguſtare, a ligy. i. ſuaue apud græcos, Ligurio.
hinc abligurire, & abliguritare. Author priapeioꝝ. Cuni vermiculo
ſcaturientes, phal. eſt. Recte itaq; Prudētius ait. Petra dei iuſſu potū
largita ſcaturit. Alanus & Matthæus cum pluribus inepte corripi
unt. ¶ Anxurus Iuppiter apud Cāpanos, quia illic imberbis iu-
uenis colebat᷑. quaſi ſine raſura, a ſine eſt, pyreno rado, n littera eu-
phonię cauſa interponit᷑. Ibidem colebatur Feronia. i. Iuno adhuc
virguncula. Poteſt q̄q; dici ab aneu. i. ſine & pyros nouacula. Ver.
vij. æneï. Quis Iuppiter anxurus aruis, Pręſidet & viridi gaudens.
Feronia luco. hinc anxur oppidum, anxuro Ioui dicatū. ¶ Bitu- Anxur⁹.
riges vel bituri populi gallię, vide in cremētis ſaxo. onis. ¶ Camu Bituriges
rus. i. curuus. Anienus in Arato. Sic camuris ardet ꝑtractib⁹ haud Camur⁹
tibi ſignis Perquirēda alijs, ſic Vergilius cæteriq;. ¶ Centurupe
exemplū fuit in u ante p. ¶ Centuria, centurio onis. ſic vt ego pu
to Decurio. ideo nō docte ait vir alioqui peritiſſimus Sedulius in
hymno. Orat ſalutē ſeruulo Flexus genu centurio, Iambici dimetri
ſunt. Mart. Encolpus domini cēturionis amor. Perſius. hic aliq̄s de
gente hircoſa centurionū. Sido. in. iij. paneg. Non tibi cēturias auꝝ
populare parauit. ¶ Lemures, vide e ante p. Aeſep⁹ ſed lemuria
ꝓduces. Oui. faſt. v. Ritus erat veteris nocturna lemuria ſacri, dice-
bant primo Remurra a Remo Romuli fratre vt Oui. ait inde r m l. Lemuria.
verſo lemuria. Erant autē quędam quiritiū viſiones. ¶ Luxuria
iam dictū eſt. ¶ Liguria vt ligus vel ligur uris. ſic viri ꝓpriū ligu-
rinus. Mart. lib. iij. Circa te ligurine ſolitudo, phal. eſt. ¶ Mamuri Ligurin⁹
us viri nōmen variat᷑, correptionē vide in a ante m. Proper. li. viij. Mamuri
At tibi Mamuri formę cęlator athenę. hinc mamurianus cōmune us.
& ꝓpriū. ¶ Maſurius iuriſcōſulti nomen. Perſius. Excepto ſiq̄d
maſuri rubrica vetauit. Bebelius teſtat᷑ gręce dici μανσυειοσ. māſu- Maſuri⁹.
rius per oy diphthōgon, ideo ſecundā ſyllabam apud Athenęum
ꝓducit, q̄ circa nōnulli legunt. Excepto q̄d manſuri rubrica vetauit
Eſt aūt apocope maſurij vel māſurij. ¶ Myuron apd' Terentianū.

Palphurius. ¶Palphurius viri nomen.Iu.ſat.iiij.Si quid Palphurio ſi credimus
armillato. ¶Purpura.Idem.purpura vendit Cauſidicũ. ¶Sa
Sabura. bura viri nomẽ, vide a ante b. ¶ Satura oppidũ apud Sil.li.viij.
Satura. ¶Saturea hærba eſt ſingulare primæ, vel plurale ſecũdæ quidã pu
tãt eſſe thymbrã, ſed fallunt̃, vt liquet ex xi.lib.Colu.dic.Et ſaturea
thymi referens thymbręq; saporẽ. Mar.lib.iij. Sed nihil erucæ faci
untbulliq; ſalaces.Improba nec ꝓſunt iam ſaturea tibi nomẽ.ſum
ptũ eſt a petulcis ſatyris vt canit Macer. ¶ Saturo as. vt ſatur vri.
¶Saturio, vide a ante t. ¶Sciurus contra primitiui naturã, quia
Sciurus. eſt animal cauda totũ corpus tegens.ſcia.i. vmbra, & vra cauda, ꝙ
hac ſibi vmbrã faciat. Mart.lib. v.Inamabilis ſciurus & infrequens
phœnix.Scazon eſt, ſed forte abſumit̃ s veterꝝ more. ¶ Tuguriũ.
Vulturi9 Verg.Pauperis & tuguri congeſtũ ceſpite culmen. ¶Vulturius et
vulturis is.i. vultur. Catul.Suſcitat & cano vulturiũ capiti.Ennius
Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem.

Ante s ꝓducit̃ vt Meduſa, Creuſa. Exceptio:

V añ ſ. v ¶Blanduſia ȩ. tegiũcula Sabinoꝝ, vbĩ erat Horatij agel
Blãduſia. lus.Hora.li.iij.car.ode.xiij.O fons blanduſiæ ſplẽdidior
Brunduſium. vitro.aſclep.eſt. ¶ Brunduſiũ Italiæ oppidũ.Hora.ſat.v.Brun
duſium longe finis chartęq; vięq;. ¶Canuſiũ italię oppidũ, hinc
Canuſiũ canuſinus & canuſinatus. Hora.ſat.v.lib.i. Nam canuſi lapidoſus
aquę non ditior vrna, apocope ꝓ.canuſij. Iuue.ſat.vi. Paſtores &
ouem canuſinã vlmoſq; falernas. Mart.lib.ix. vt canuſinatus no
ſtro ſyrus aſſere ſudet. ¶ Caduſij, vide a ante d. ¶ Ebuſus viri
Ebuſus. nomen. Vergi.xij.ęnei. Venienti Ebuſo plagamq; ferẽti Occupat,
os flãmis. ¶Ebuſus inſula variatur, ſed rectius ꝓducitur, quia in
perihegeſi vbi dicit̃. Hinc frãgitur æquore ebuſos, plura ſunt cõtra
veterum authoritatẽ nimis licẽter vſurpata, vt ſæpe indicaui, Itaq;
rectius imitabimur Silliũ italicũ dicentẽ in li.iij. Iamq; ebuſus phœ
Peruſin9 niſſa mouet, mouet artabrus arma. ¶ Peruſinus cõtra primitiui
naturam, nam Peruſia Hetrurię oppidũ ꝓducitur. Propert.lib.i.Si
Peruſina tibi patriæ ſint nota ſepulchra, Italiæ duris funera tẽpori
bus. Mart.lib.iiij. Turgentiſq; lacus Peruſięq;, phal.eſt. ¶Syracu
ſius non corripit̃, ſed ſyracoſius vide a ante c. ¶ Venuſinus a ve
venuſin9 nuſia Dauniorũ colonia variat̃.Iuue.ſat.i.Hæc ego nõ credam ve
nuſina digna lucerna. Hora.ſat.i.lib.ij.Nam venuſinus arat finem
ſub vtrũq; colonus. Iu.ſat.vi. Malo Venuſinã ꝙ̃ te Cornelia ma
Voluſi9. ter Gracchorũ. ¶Voluſius viri nomẽ.Iu.ſat.xv.Quis neſcit Vo
luſi bithynice qualia demens Aegyptus portenta colat, vtũs eſt.
¶ Voluſus viri nomẽ, vide i ante p. miplus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ante t producitur,vt actutum præputium.Iu. V añ t.
v ſat.vi.Impatienſq; more pauet & preputia ducit. Arator lib.ij.Præputia ferro Circumcide libens & fœdera necte ſupna. Male autē Riga.Nato p̄putium mox aufert ſephora dicēs. ¶Confuto, refuto cōtra imperitos.Verg.lib.xij.Quid cetera dicet Italia,ad mortē ſi te (fors dicta refutet) Prodiderim, natam & cōnubia nr̄a petentē.Sidoni⁹ ad Fœlicē.Noſtrę Terpſichores iocū refutās,phal.eſt. Lucre.lib.ij. Ne fingere motus Obliq̄s videamur & id res vera refutet. Idē li.iiij.An cōfutabunt nares oculi q̄cq; vincēt. notent̄ e breuib⁹ cōpoſita,vt cōcutio,ꝑcutio,recutit⁹,obrutus &c.

Exceptio. Arbutus

¶Arbutus arbor,vnde arbuteus a.um.Oui.i.met.Arbuteos fœt⁹ montanaq; fraga legebāt. ¶Defrutū.Papi.iiij.ſyl. Dulci defruta vel lutoſa cœno,phal.eſt. ¶Diuturnus a.um:Oui.in Ibin.Corpore luſtrauit nō diuturna ſuo. At cōparatiuus diutius ꝑducitur a Vergilio niſi mendoſus eſt liber in Diris,vbi dicit̄.Iſtius atq; vtinā facti mea culpa magiſtra Prima foret,letho mihi vita diutius eſſet. Quā mea non vllo morere t̄ tēpore phama. ¶Minutius viri nomen. Sil.lib.vij. Si factis nondū minutio te canta ꝓbare. Erudiet fortuna meis. Diutius Minuti⁹.

Ante v corripit̄,vt Pacuuius viri nomē.Mart. V añ u
v li.xi.Attonituſq; legis terrai frugiferai,Actius & quicq̄d Pacuuiuſq; vomunt. Perſius. Sunt quos Pacuuioſq; & verrucoſa moret̄ Antiopa.Petrarcha nullā ꝓpriorū rationē hn̄s indocte dixit in ortu Marci Iunioris li.epiſt.iij.Sin ardua rura videre Pieridūq; audire modos,pacuuius almū Sinet iter Marc⁹. ¶Lanuuiū oppidum Latij,vide a ante n.hinc lanuuinus a.um,ꝑquib⁹ in Catullo & Propertio ineptiſſime legit̄ lauiniū & lauinus.author eſt Philip.Beroaldus in Proptiū. Et tantū de primis medijſq; ſyllabis ꝑ dei noſtri Ieſu chriſti gratiā dixiſſe ſufficiat. Nūc eodem duce de vltimis,vt poterimus,acutiſſime & breuiſſime dicemus.

Vltimarum ſyllabarum quantitas.

A in vltimis.

Declinatum breuia.ſed protrahe ſextū
Et quintum cuius rectus producitur,& mna
a Producunt noſtri quædam muliebria græca
In recto,vt tegea, ſine teſte nihil volo tale.
Non declinatum produc.ita cum quia demptis

Et puta non verbo Ginta melius loco longum
Poſtea & vltra leges cum contra curta licenter.

¶Vltima ſyllaba noſcitur poſitu vt poſt, aſt, eſt, amant. Diphthon-
go vt heu, muſę. Regula vt a declinatũ corripiť, vt muſa, arma, ntĩ
& vtĩ caſus, loquimur de declinatiõe per caſus nõ ꝑ tẽpora quę cõ-
iugatio diciť. Si nomẽ poetice ꝓ aduerbio ſumať, nois quantitatẽ
ſeruat. Verg. in buco. Nouimus & qui te tranſuerſa tuẽtibus hircis,
trãſuerſe aliud eſt ſi penitus fuerit aduerbiũ vt vna. ¶Ab hac re-
gula tollũtur abltĩ quia ꝓducunť, vt muſa, mea, lecta, & vtĩ a ntĩs
ꝓductis veluti æneã, anchiſa, atla, teſtis eſt Seruius in illď Verg. Cla
maſſent vt littus hyla. hyla omne ſonarẽt. Verg. iij. ænei. Cõiugio
Anchiſa Veneris dignate ſupꝰbo. Eiuſmodi vtũs in a, ab es. rarus
eſt in prima declinatione, quia poteſt ntũs in a deſinere & ita vtũs
corripi, de vtõ. Hora. in ſat. Ne ꝗs hũauiſſe velit Aiacẽ Atrida ve
tas, cur de ntõ. Proper. Non ita Dardanio gauiſus atrida triũpho.
Verg. x. ænei. Aenea vigilia & velis immitte rudẽtes. Oui. meta. iiij.
Tempus atla veniet &c. Abltũs ora videť corripi apud Sil. italicũ.
Ora. lib. iij. At puer obeſſę generatꝰ in ora ſaguntbi Bis ſenos lunæ nõ-
dum cõpleuerat orbes. Petrus Marſus ait, in ora. i. in regiõe ſagun
thina. Ego autẽ opinor ora eſſe actĩ caſus pl'is nũeri ab os oris &c.
& ita ſenſus eſt puer generatus in. i. ad, hoc eſt iuxta ora ſagũthi ob
ſeſſę. i. natus ꝓpe Sagũthum. ¶Mna monoſyllabũ cuiuſcũꝗ ca
ſus ſit ꝓduciť, teſte Sulpitio, mallem poeticũ teſtimoniũ, at diſſylla-
bum mina normã cuſtodit. ¶Gęometra, poeta, planeta & ſiľes
vocatiui tantũ corripimꝰ, licet gęometres, poetes, planetes &c. le-
gantur, quia ab es vtm̃ in a nullũ corripimus ſine latini poetę teſti-
monio. ¶A in ntõ græco fœminini generis a nr̃is corripiť, licet
A in ntõ græco. illi ꝓducãt, veluti ſcylla, medea, lerna &c. quoſdã tamẽ ntõs nr̃i ꝓ-
duxerũt ad imitationẽ græcoꝝ, ſic tamẽ vt aliqu:: cęſuraꝝ locum
habeat, ideo nihil tale ꝓducemus ſine authoritate, idꝗ faciemꝰ ra-
riſſime, quia poterũt in e termiari, vt tegea vel tegee, nemea vel ne
mee. Sta. iiij. theb. Dat nemea comites. Ibidẽ. Non tegea nõ ipſa deo
vocat alite fœlix Cyllenę. Idẽ in vi. Te plãgeret argos Te Nemea
tibi lerna comas Lariſſaꝗ ſupplex. Iterꝝ i. iiij. Quos pylos & dubijs
Malea vitata carinis. Oui in epiſt. Mittit hypermeſtra de tot modo
fratribus vni. Cice. in Arato. Electra Steropeꝗ ſimul ſanctiſſima
Maia. Iuuẽcus. Nõ maria genitrix nõ fratrũ nota ꝓpago eſt. A in
omĩbus ꝑ caſum nõ declinatis ꝓduciť, vt clama, fruſtra, ꝑterea, ſu-
Fruſtra. pra. Luca. lib. ij. Fruſtraꝗ rogatus tãtum ꝓduciť, nam apud lu. nõ
aduerbiũ fruſtra ſed nomẽ fruſtra legẽdum eſt cõtra Neſtorem, ſic

in ſat.iij. Quod nudũ ac fruſtra rogãtem, Nemo cibo, nemo hoſ-
pitio tectoq; iuuabit. Nebriſſẽſis tamẽ dicit in Auieno corripi. Imã
vehunt cęli luxit dum fruſtra frequẽter, vereor ne mẽdum, q̃a ipſe
Auienum diligẽter ꝑlegi, nec tñ hoc notaui. Tu igit̃ ſemꝑ ꝓducito.
¶Corripiũtur autẽ ita, & quia vt notũ eſt, Bebelius dicit quia a Nę-
nio ꝓduci, is poeta intercidit ante Horatij ſæculũ, ideo dictum Be-
belij dubiũ eſt, nam cæteri corripiũt quos ſeq̃mur, puta aduerbiũ.
Perſius hoc puta nõ iuſtũ eſt. ¶Numeralia in ginta rectius ꝓdu-
cũtur, nam vbi vidẽtur corripi Nebriſſenſis credit mẽdam eſſe, ve- Ginta.
luti apud Marti. lib. xij. Sexaginta teras quũ limina mane ſenator,
ꝓ ſexagena. Et apd' eũdem. Mutua quod nobis ter q̃nquaginta de-
diſti, ꝓ q̃nquagena, & apud Iuue. Quadringẽta dedit Gracchus ſe-
ſtertia dotẽ. Manifeſta eſt mẽda ꝓ quadraginta, hæc dicta Nebriſ-
ſenſis ſi vera ſunt oportebit multos poetas emẽdare, nam triginta
videt̃ corripi apud Maniliũ, vide a ante d. quadra. Bapti. Mant. ei-
uſmodi noia ſine dubio corripuit, vide v ante c ducẽti, ſed ꝑ neote-
ricos grãmaticos forſan deceptus eſt. Sulpitius etiã credidit hęc ſo-
lum ꝓduci, Neſtor autẽ variari, ſed teſtimoniũ eius friuolũ eſt, q̃a
ex Macro dicẽte. De folijs eius triginta recẽtia tolles. Propter dicta
placet mihi ginta tãtum ꝓduci vt cętęra indeclinabilia. Genta & ge-
na tantum corripi. Iuue. Quadringenta tibi ſiquis deus aut ſimilis
dijs. Martia. Quadringenta tibi non ſunt chęreſtrate ſurge. Idem.
Quadringẽta ſecat qui dicat ſycamerice. i. ficos diuide. ¶ Eadem
abltĩs tantũ ꝓducit̃, vide in lib. i. circa ſynalœphã. Verg. i. ænei. Tri-
ginta magnos voluẽdis menſibus orbes. vij. ęnei. Triginta capitũ
fœtus enixa iacebit. Petronius arbiter. Sãguine romano ſexagitaq;
triũphos. Produc quoq; p̃terea, interea, antea, poſtea, contra, vltra.
bis tamẽ inuenio cõtra corripi, vereor ne mẽda ſit, tu ſolũ ꝓducito
Lucre. lib. i. Ne forte hæc ꝑ ſe cogãt nos cõtra fateri. M. Manil. li. ij. Cõtra.
Contra iacet cãcer patulã diſtent⁹ in aluũ. Iu. Vltra ſauromatas & e. Vltra.
ſic cæteri, ideo nõ imitabor Serenũ nec in hoc nec in pluſculis dicẽ-
tem. Cura nihil ꝓdeſt nec ducit̃ vltra cicatrix. dico hoc ex grãmati-
cis. quia Serenum & Petroniũ nõ legi. ¶Poſtea, frequẽs eſt apd'
Ouidiũ & ſemꝑ corripit̃, ſed voluit eſſe orõnẽ veluti. i. faſt. Poſtea Poſtea.
mirabar cur nõ ſine litibus eſſet Ille dies. ¶Antea in. i. ęnei. nõ ad-
uerbiũ vel coniũctio eſt, ſed actũs ab Anteus viri ꝓprio, cõtra q̃ſ-
dam vt recte docet Seruius grãmaticoꝝ princeps. Ah vah ꝓduci-
(to ſolum.

## E in vltimis.

e Breuia, primę produc & nomina quintę

Cum natis, addes pluralia cuncta ſecundæ.
Iunge doce & ſocias, monaſyllaba longa repono,
Inclinatiuas præter, male cum bene dempto.
Omnia produces aduerbia ſi qua ſecunda
Præſtiterit, ſummiq; gradus aduerbia quæuis
Sunt ferme atq; fere producta, quibus dabis ohe.

E in vtis & abltis tertiæ.

¶ E corripit. vt docere, ganymede, Oreſte, Hercule, achille, Vlyſſe, & ſimiles vocatiui & ablti tertiæ contra ęlium Nebriſſenſem & alios plurimos. Mart. lib. v. Cur mitis apto Reſpicis ore Iouē. De ganymede loquor. Perſius. O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule pupillū ne vtinam quē proximus hæres Impello expūgā. Proper. lib. i. Quiq; tuas pauis fregit achille domos. Mar. lib. ij. Humane facis hermenō ſuperbe, phal. eſt. Oui. i. triſt. Fecerūt furię triſtis Oreſte tuæ. vbi aliqui habēt Oreſta, nuſq; certe eiuſmōi ablatiui & vocatiui tertię declinatiōis pducūtur, quicquid dicāt Sulpitius & Ferettus, atq; ipſe deniq; Priſcian⁹. Etem hi omes vnico argumēto, eoq; adeo infirmo tutātur ſe. Luca. li. viij. Signaq; ab Euphrate cum parthis capta ſequentē. id inq; valde debile eſt, quia (vt Neſtor ait) euphrates ę. primę declinatiōis eſſe poteſt vel euphrates is. tertiæ vel euphrate, es. teſte Calepino. Adde q̄ cæſurę licētia locum habere poſſet vt apud Verg. in grauia, & apud Ouid. Nil opus eſt morte p me ſed amore fideq;. Et Tibullum. Et canis arēte terreat arua ſiti, ita dicit ſe legiſſe in emēdatiſſimis codicibus Bebelius, adducēs quoq; illud ex Moreto. Et referat clauſa q̄ puidet oſtia claue. Sic defendi poteſt illud Lucretij. Imbribus aut tabe mēbro⁊

Tabe.

ambuſta vacillent, nam apud veteres tabe extra cæſurā nuſq; pducitur, ideo non variari ſed corripi tātum dixero. Luca. lib. viij. Tabe fouens buſtū. Idem lib. vi. Tracta dureſcunt tabe medullę, ſic cæteri. Cæſurę autē licentia & ſi vitāda ſit frequēs, iuxta illud Terentiā. Nec tanta in metris venia conceditꝰ vti, nō eſt tamē penitus refugienda ſi parce fiat in magnis opib⁹, etiā ſi in vocalē deſinat, vt iam patuit. multo autē magis in pentemimeri ſi in conſonantē deſinat, vt patet ex li. i. noſtro, nō pigebit pluſcula teſtimonia afferre. Verg. Si pereo manibus hominū perijſſe iuuabit. Idem. Ecce trahebatꝰ a templo adytiſq; Mineruę. Luca. iiij. Ethiopūq; teris alieno gurgite campos. Iterū Verg. Emicat Euryalus & munere lætus amici. Sil. Palladio betis vmbratus tēpora lauro. Hora. Ne quis humaſſe velit Aiacem, Atrida vetas cur. Oui. Atq; vtinā viuat & nō moriatꝰ in illis. Idem. Et qua tu biberis, hac ego parte bibam. Idem. Mentis

inops rapitur vt quos audire ſolemus. Idem. Arte lęuis currus, arte
regendus amor. Verg. Nō te nullius exercent numinis iræ. Prop.
Nunc tu ſiuę legis vmbroſæ flumina ſyluę. ſic multe alia leges, etiā
in alio carmīs genere. Hora. Angulus ridet vbi nō hymetto. Sap-
phicū eſt, vt apud eūdem. Docte ſermonis vtriuſq; linguæ. Idem.
Q; ſi quicqd arat impiger appulus. Aſclepiadęū eſt. Ergo vt ſum-
matim dicā, ablatiui & vocatiui tertiæ in e deſinētes tantū corripi-
untur, vt hermogene, ariſtotele &c. Euphrate in Lucano vel primę
declinatiōis eſt, vel cæſurę licentia excuſat. ¶ E in prima & qnta
declinatiōe in quocūq; caſu reperit, pducit. vt paraſceue, anchiſe Noīa ī e
vtūs & abltūs ſpecie, die, re. hinc hodie, pridie, poſtridie, quottidie, primę &
quare. Oui. i. met. Officioq; pedū nymphe cōtenta duorū Erigitur quintæ.
nam dicit nymphe es. vel nympha ę. Oui. viij. met. Cūq; pheretia
de & hyanteo Iolao. Ideo indocte dixit Sido. in epitha. Polemij. Tu
Mitylene ſatus cognoſcis Pittace tēpus. Luca. lib. i. Heſperiam calpe mitylene
ſummoue impleuit atlante. abltūs eſt a ntō calpe es. qd' nomē mō- Calpe.
tis, vrbis, & inſulæ eſt, ſed de monte loquūtur fere poetę. Pro codē
dicit. hæc calpes huius calpis per tertiā teſte Gęorgio valla. lib. xxxi.
cap. xxi. & hinc abltūs calpe corripit apud Rufum feſtū, vide titā in
i ante t. Et apd' Iuue. xiiij. ſat. Aequora trāſilijt ſed lōge calpe relicta
Placet hæc Placentini opinio magis q̃ Priſciani & aliorꝝ qui puta-
runt apud Iuue. eſſe ſyſtolen. ¶ Produc quoq; pluralia in e. vt ce
te, tempe, mele, Catul. Cōfeſtim pęneos adit viridantia tēpe, Tēpe E plurale
quę ſyluę cingūt ſup impēdentes. Secūdus v̾ſus eſt ſpōdaicus. Val. Tempe.
flac. lib. viij. Cerneret & tempe viridi luctantia fumo. Hora. li. i. car.
ode. xxi. vos tempe totidē tollite laudibus. aſclep. eſt. Oui. i. met. Syl
ua, vocāt tempe p quę Peneus ab imo &c. Sil. li xi. Subito emicue-
re per vndas. Ad murmur cete toto exultantia ponto. Lucre. lib. ij.
Ne tu forte putes ſerrę ſtridentis acerbū, Horrorē conſtare clemen Cete.
tis leuibus æque. Atq; mele muſæ p chordas organicaq;. Idem in
eodē. Et cygnæa mele phœbeaq; dedala chordis Carmina cōſimi
li oppreſſa rōne ſilerent. Martianus Capella a melos in plura, me- Mele.
la ptulit dicēs lib. ij. Tu vatū mela dulcibus camœnis, phal. eſt. Hęc
qualiacūq; mea ſunt quia de his ante me nullus meminit, vt neq; Mel.
de multis alijs, quod vehemēter miror, de nomibus quintæ notio
ra ſunt teſtimonia q̃ quę a nobis pbent. Mar. lib. i. Cœnares hodie
Procille mecum, phal. eſt. Idem alibi. Vxorē quare locupletē duce-
re nolim Quæritis, vxori nubere nolo meæ. Auſonius. Niſi liber
mendoſus ſit corripuit ablatiuū die dicens. Hoc die mercatus cras
cytharœdus eris, nolito imitari.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶Fames nunc tertiæ eſt, olim fuit quitȩ. vt Gel. lib. viij. docuit. Hinc
māſit abltīuſ fame quē corripe potes, ꝓductio tamē eſt frequētior.
Fame. Tibul. li. i. Ipſa fame ſtimulāte furens. Oui. viij. met. Iamq; fame pa
trias altiq; voragine vētris Attenuarat opes. Verg. æneι. vi. Obij-
cit, ille fame rapida terra guttura pandēs. ¶Producit̃ om̄is ſcd'a
ꝑſona vocis actiuȩ, ſingularis numeri, ꝑſentis tēporis, ſecūdæ cōiu
Doce & ſimilis gatiōis, impatiui modi, vt doce mone &c. Q; autē caue frequētius
Caue. corripi q̄ ꝓduci in om̄i fere poeta inueniat̃ ideo eſt, qa olim cauo,
vido, vulgo & alia quædā dicebāt ꝑ tertiā, nūc fulgeo, video, ca-
ueo, ꝑ ſecūdam dicimus. A tertia tamē aliquæ ꝑſonæ māſere, nam
caue quilibet corripe poteſt, adeo eſt frequēs Horatius. Vale vale
caue ne titubes mādataq; frāgas. Oui. i. triſt. Tu caue defendas. Pro
pertius. Tu caue ne triſti cupias pugnare puellȩ. Cice. in Arato hoc.
Caue te pōto ſtudeas cōmittere menſæ, ſic cæteri. Perſius. Sed quid
opus teneras mordaci radere vero Auriculas vide ſis ne maiorū
tibi forte Limina frigeſcāt. Cato. Hoc vide ne rurſum leuitatis cri-
mine damnes, ſic ſcato ꝓ ſcateo quōdam dixere. Lucre. li. v. Et par-
Vale. tim pleno ſcatere atq; erūpere campo. Vale dico etiā hanc ob cau-
ſam variat̃. Oui. i. triſt. Sæpe valedicto rurſus ſum multa locutus.
In eodem. Idq; qd' ignoti faciūt valedicere ſaltē. ¶Monoſyllaba
Monoſyllaba. ꝓducūtur, vt me, te, ſe, de. Hinc demūtur coniūctiones encleticȩ q;,
ve, ne, & in cōpoſitis quiſq;, nōne &c. Quȩ nomē & vꝫh interiectio
per diphthōgon ꝓducūtur, vt næ ꝓ vtiq; & certe, ne ꝓhibēdi ꝓdu
citur, vt etiā in cōpoſitis nequis, nequādo. Syllabicæ adiectiōes nō
dictiones monoſyllabȩ ſunt, ſed vltimȩ dictionū ſyllabæ, ideo cor
ripiunt̃ veluti huiuſce, illice, tute, tuapte. Lucret. lib. i. Accipe p̄terea
quæ corpora tute neceſſe eſt. ¶Producūtur aduerbia in e ab ad-
Aduerbia in e. iectiuis ſecūdȩ declinatiōis, ſiue cōparent̃ ſiue nō. vt pie, egregiȩ, eq̄
ꝓpere, ſumme, eximie &c. Tibul. lib. i. Quid ve pie dum ſacra colis
pureq; lauari. Te memini & puro ſecubuiſſe thoro. Ideo non ſatis
docte, pie corripit̃ in hymno de diuo Laurētio. Intulit cælo pie' lau
reandū. Sap. eſt. Iu. Atticus eximie ſi cœnat laut⁹ habet̃, Min⁹ egrē
giæ cordatus homo. Val. flac. lib. v. dixerat. At illi ꝓpere mōſtrata
capeſſunt Lumina, a properus a. um. qd' ſæpe leges. ſimiliter ꝓdu-
ces apprime. Verg. autē correptionis gratia apprima ꝑ a dixit vt
torua ꝓ torue. Flos apprima tenax. author eſt Seruius licet refrage
tur Neſtor. Corripiūtur tamē bene & male atq; mage pro magis.
Male. Oui. Nō bene cōueniūt. Idem putat̃ male ſemel ꝓduxiſſe vt in. i. de
arte. Sȩpe male dixit &c. id verꝫ nō eſt quia mane legēdum eſt a ma
nēo licet ꝑ mēdoſos codices decepti plurimi aliter legerint, nō ſine

peruerſitate ſenſus.lege itaqꝫ.Sępe mane dixit quũ iam properaret
Achilles.& ipſa Achillis amica ſæpe dixit.O Achilles mane,quum
Achilles ꝓperaret ad bellũ troianũ &c impreſſio Aldina vt quędã
aliæ mane habet nõ male. ¶Aduerbia ſuplatiui gradus vñcunqꝫ
fiunt ꝓducunt̃,vt maxime,minime,licet ꝓ nõ ſumatur fortiſſime,
pœniſſime a pœne qđ corripit̃.Proper. Sic erepta mihi pœne pu-
ella mea eſt. apud Ouidiũ vbi pœne videtur ꝓduci poni legendũ
eſt teſte Bebelio Cõtiguos poni Scipio magne tuis. ¶Aeque ꝓ- Aeque.
ducitur tantũ.Hora.in.i.epiſt.Aeque pauperibus ꝓdeſt locupletibꝰ
æquę. Aeque neglectũ pueris ſenibuſqꝫ nocebit. Bebelius putauit
eam corripi,ſed fallitur quia apud Lucanũ ęque eſt prepoſitio.E&
cõiunctio q̃ in lib.vi.Debitus eque tuo venit hæc iniuria voto.i.et
hæc iniuria venit e tuo voto. ¶Produc fere,ferme & ohe,vide Ferme.
vocalem ante vocalẽ.Iu.Mobilis & varia eſt ferme natura maloꝝ
Idem.Nulla fere cauſa eſt in qua nõ fœmĩa litem Mouerit. Bacche
vocatiuus ſeu potius interiectio bacchantis ꝓduci inuenit̃. Horat.
lib.iij.Vſqꝫ ad mala citaret io Bacche modo ſumma voce &c.

## I in vltimis. I

I longum pono, vocitantem contraho ternæ
Sæpeqꝫ græcorum ternum, Minoidi teſtis,
Sed niſi ſiuequaſi, mihi,ibi,ſibi,vbi variabis,
Et tibi iunge cui, Tantum breue moli locatur.

¶I corripitur.Mar.lib.viij.Q̃z vellem fieri meus libellus,phal.eſt.
Corripit̃ vero cunctus tertiæ vocatiuꝰ.Verg.O crudelis Al.xi ni-
hil mea carmina curas.Mirabar quid mœſta deos amarylli voca-
res.Oui.Non tibi ſic dices phylli ſequẽdus eram.Papi.achil.i.Quo
rapis ingentẽ magni Chironis alumnũ Fœminis nerei dolis. Sul-
pitius male credidit hic vltimã in nerei ꝓduci quia ſic ꝓduceret̃ pri
ma indolis qđ manifeſto falſum eſt.Corripite itaqꝫ ſine vlla exce-
ptione oẽm vocatiuũ tertiæ. vt Pari,tethy,theti,themi &c. Datiuꝰ Vtũs t̃tię
tertię gręcus ſępius ꝓduci q̃ corripi inuenit̃,ideo ſine teſtimonio Dtũs t̃tię
nullũ corripies datiuũ,nam quẽ correptũ offendis,potes etiã ꝓdu
cere vt teſtat̃ Gęor.Valla lib.xxxviij.cap̃.xxiij.At quõ ꝓduci offẽ
dero,ego tantũ ꝓduxero,p̃ſertim in opuſculis.Papi.i.achil.Palla-
di littorę celebrabat ſcyros honorũ Forte diẽ. Catul.de coma be
renices.Luce autẽ canę tethyi reſtituor.Val.flac.lib.ij.per duas ſylla Palladi.
bas tethy in datiuo extulit dicẽs,vnde,Quam tethy lõginqua dies Tethyi.
glaucoqꝫ repoſtã Solibus & canis vrebat luna pruinis.Catul.in ar Tethy.
go.Tum thetidi pater ipſe iugandũ Pelea ſenſit,hic datiuus ꝓducit̃

Ibidem. Morte ferox theſeus qualē Minoidi luctum Obtulerat mē
Minoidi tę immemori. Sabinus in epiſt. Demophoontis ad Phyllida. Phyl
Phyllidi. lidi Demophoon patria dimittit ab vrbe. Proper. Tindaridi pote
rant gaudia ferre ſua. Propter hæc puto non multũ erratuꝝ ſiquis
datiuos ab as. adis & is, dis, vel ys, yos græcos variauerit, vt arca
di lampadi, amaryllidi &c. Sed quid dico me putare, cũ eiuſmodi
datiuos a genitiuis creſcētibus Aldus credat nō poſſe ꝓduci niſi ra
Aldus. tione cæſurę, ¶ Variabis in littera poſita inter quę niſi, quaſiq; re
ctius corripiũtur, cui ſæpius monoſyllabũ eſt, & ſic ſemp̱ ꝓducit.
Aliquando diſſyllabũ eſt & variat, licet ꝓductio ſit tutior. Ouid. Et
Quaſi. quaſi diſcedens oſcula ſumma dedi. Lucre. lib. ij. Et deuicta quaſi co
gatur fere patiq;. Rufus in Arato. Vt nec curua quaſi declinet cor
nua nec tũ, melius corripit, quia cæſurę licētia videri poteſt. vt apd̄
Sidoniũ in epitha. polemij. Sint tantũ penituſq; niſi nihil eſſe ꝓbē
tur. Peritiſſimi tamē grāmatici adeo refugerũt cæſurę licentiā, vt p̄
principiũ tertij pedis ſępe ꝓbauerint quantitates, veluti cōiugio an
Niſi. chiſa Veneris dignate ſup̱bo &c. Oui. Si niſi quę facit poterit te di
gna videri. Nulla futura tua eſt nulla futura tua eſt. Corripito liben
Cui. tius quaſi & niſi. ¶ De cui aliquid diximus in. i. lib. Mar. lib. xij. Et
credit cui poſthumilla diues, phal. eſt. Poſthumilla a poſthum⁹ de
ductum fœminę nomē eſt. Idem lib. xi. Collatus cui gallus eſt pria
pus, phal. eſt. Capella li. ij. Et cōpar ſtudio ſed cui terreus Ortus, ꝓ
poſitũ in ſydera tendere, duo ſunt aſclepiadei verſus. Idem in eo. li.
Cui panditur aula tonātis, v̄ſus eſt anapeſticus dimeter catalectic⁹
Moly. De reliqs teſtimonia facile occurrent. Oui. Moly vocāt ſuperi Au
thor priapeoꝝ. Quæ cur moli vocat mētula moly fuit. Eſt hærbe
nomē. ¶ Epy ferettus dicit variari Pompilius teſte Bebelio dicit
variari indeclinata gũmi, nauci. Ego teſtimonia poetaꝝ veteꝝ de
ſydero, meli id eſt mel corripitur in cōpoſitis vt melimela. Lucret.
lib. ij. Sicuti quadrupedum dixit niſi liber mēdoſus eſt. Corripitur
vti in cōpoſito aduerbio vtiq;.

## O in vltimis.

O cōmune datur, produc monoſyllaba, iungens
O Cum terno ſextum. Atq; aduerbia nomine nata.
At variabo cito cum ſedulo, mutuo, crebro,
Seroq;, ſit curtum modo ſolum ſed breuiari
Ergo pro cauſa non vult, produco quaterno
In caſu nomen ſit cuius in us genitiuus

O patrij produc, variaq́; gerundia vera.

¶ O variat vt cato, leo, apollo, agamẽno, licet græce in on per ω mega ſcribant κάτων λέων &c. ſcribo & cętera verba, ſed Seruio teſte, ſcio, neſcio, ego & duo ſolũ corripitur & in his ꝑfecto (vt cum Seruio ſentio) correptio eſt melior. Ego aũt interim ꝑducit. Verg. in diris. Auſus ego primus caſtos violare pudores. Sta. hinc etiam funeſtus ego videt iſta deorũ. Idem in. i. Achilleidos. Sed quid ego feſſos optatis demoror vndis. Auſo. Sicut ego ſol⁹ me quoq́; pauperior. Idem ſeparor vn⁹ ego ſed partẽ ſumo minorẽ. Neſtor plura teſtimonia affert, ſed ſuſpecta. Propert. lib. iiij. Thuſcus ego, thuſcis orior nec pœnitet inter, Prælia Volſcinos deſeruiſſe focos, correctiſſimi libri habẽt thuſcus ego & thuſcis. Idẽ in. ij. Frater ego tibi ſum filius vnus ego. Emendatiores libri habent frater ego & tibi ſum filius vnus ego. Ouid. in epiſt. Sed quid ego reuoco, dictis his o meu abeſto, aliqui libri habent. Sed quid ego hæc reuoco. Sic eñ legit Aldus & dicit apud Papiniũ legi. Sed quid ego hæc, feſſoſq́ optatis demoror vndis? Sic alij libri forte mendoſi ſunt. Ergo cũ Aldo ſolum corripe. ¶ Producũtur tantũ monoſyllaba vt ſto do, flo, o, pro prepoſitio & interiectio. ¶ Producuntur tantum datiui & ablatiui, vt domino, meo, amato, tydeo, quem datiuũ (niſi mẽda ſit pro tydi vt orphi pro orpheo corripuit Papi. viij. theb. dicens. Vos præda ruenti tydeo. In ſido. iij. paneg. mendoſe legitur Iam tybrim tremuere meũ me, teutono iuncto ꝑ teutone, quia recte teutoni & teutones dicimus. ¶ Producũtur tantũ aduerbia ex nominibus ducta. vt tanto, quãto, tanto, falſo, manifeſto, primo qđ tamẽ corripitur apud Aratorẽ vt vero coniunctio apud Macrũ. Pondere vero fabę puluis cum melle voratus, variantur autẽ cito ſedulo, mutuo, crebro, ſero & ꝑfecto, teſte Sulpitio, ſed modo tantum corripitur. Cito etiã vix productũ reperies veluti homo, ambo & duo, teſtimonia correptiõis facile occurrent. Sta. i. theb. Sero memor thalami męſtę ſolatia matris. Idẽ. i. ſyl. Pectora ſero videt. Tibul. heu ſero reuocat amor ſeroq́; iuuẽtas. ¶ Quomodo aduerbiũ corripi inuenio. Mar. lib. x. ad Caium, Quicqđ habent oẽs accipe quo modo das. Idem li. iij. Quũ ſit tam pauper quomodo cæcus amat. ¶ Ergo pro cauſa veluti, Illius ergo, tantum ꝑduci grãmatici omnes teſtantur, alioqui variatur. Auguſtus. Ergo ne ſup̃ mis &c. Hora. Nil tanti eſt ergo fungar vice cotis acutum &c. ¶ Grecũ in o faciẽs gtm̃ i, us, ꝑducit tm̃ o in ntõ, dtõ, actõ, abltõ vt di do, clotho, argo, clio, drymo, pãtho, xãtho, alecto, echo, hero, ſappho. Ver. li. iiij. geor. drymo q́; xãtho q́; ligea q́; philodoce q́; p mũ

Ego. Tydeo. Quõ. Ergo. Grecũ i o Xantho.

que ratione cæſurę ꝓducit̃ veluti. Liminaq; lauruſq; dei, Pectori-
businhians ſpirãtia conſulit exta. Luca. dum ſanguis inerat &c. q̃d
notandũ magis q̃ imitandũ eſſe diximꝰ. Neſtor dixit. x. more græ
co illic facere poſitionẽ. Sil. lib. iiij. At nõ dabat vltra Clotho dura
Clotho. lacus. Neſtor dicit ſe apud Lactantiũ reperiſſe recitatum hunc ver-
ſum. Clotho colum baiulat, lacheſis net & atropos occat. Sine du-
bio verſus eſt ineptus ab imperito aliquo Lactantij libris adiectus.
quia baiula primã ꝓducere alibi oſtendimus, & clotho græce ꝑ ω
Sappho mega in vltima ſcribit̃ vt ſappho, quare ineptus eſt verſus citatus
a Bebelio ſine certo authore. Quid niſi laſciuas cãtauit ſappho, pu
ellas, Ouid. in. ij. de remedio. Me certe ſappho meliorẽ fecit amicæ.
Iuno variat̃ quia latinũ eſt. ¶ Gtũs in o ꝓducit̃ tantũ vt apollos
apollo. Androgeos androgeo. athos atho, & ſimilia ꝑ tertiã decli
nationẽ atticã. Verg. Androgeo galeam &c. Idem gęor. i. ꝓpter ſe-
quentẽ vocalẽ corripit actm̃ atho teſte Neſtore. Aut atho aut rho
dopen &c. ¶ Variabis vera gerũdia quæ verbi conſtructionẽ
Cerũdia. ſeruant. Productio tamẽ eſt frequentior. Adiectiua autẽ gerundiua
tantũ ꝓducunt̃, q̃a nõia ſunt nõ verba. Verg. Cãtando tu illũ &c.
Iu. ſat. iij. Plurimus hic ęger morit̃ vigilando ſed illum. Languentẽ
pepit cibus impfectus & hęres Ardẽti ſtomacho. Tibul. lib. iij. Au-
fer & ipſe meũ pariter medicando dolorẽ. Mart. lib ij. ad Zoilum
Fœlicẽ Cœnã zoile dãdo tuã. ita legit Tibulli interpres Bernardus
Veroneñ. ſed minꝰ recte vt opinor, quia libri quos ego vidi lõge
aliter habent in meliore ſenſu, vt mihi videt̃, ſic Fœlicẽ fieri credis
me zoile cœna, fœlicẽ cœna zoile deinde tua. Alphitus auitus apd̃
Priſcianũ lib. viij. Spatiando paulatim trahit. Eſt Iambicum dime-
trum. Auſonius de ſtudio puerili. Et melicos lyricoſq; modos prę
fando nouabis, Verg. in catalecto, ſi Vergilius ſit author. Sæpe au
dẽdo mare & vicere ſæpe hyemẽ. Calph. ecloga. ix. Formoſior ida
Dicor, & hoc ipm mihi tu narrare ſolebas, Purpureas laudãdo ge
nas & lactea colla. Sedul. lib. i. Sperãdo tepeſcit, ſic ecc̃liaſtici ſepiſſię.

## V & B.

### V ſemper produc, B contrahe, barbara deme.

V & b ¶ V produc vt Ieſu. ¶ B corripitur vt ab ob. verſus. Arma vi-
Ab, rũq; cano troiæ qui primus ab oris. Sedulius ꝓduxit quia ſequit̃ h,
quæ cõſonantis vim aliquãdo credit̃ hr̃e, qđ notandũ eſt nõ imi-
tandũ. ait ergo in lib. iij. Ab hac ergo pedem retro faciamus & ar-
ctum Corde petamus iter, ſic nõ imitaberis ſimili cauſa defenſum
eodẽ li. Vir humilis &c. ¶ Barbara in b ꝓducunt̃ teſte Nebriſſenſi
vt Iob, iacob, aminadab, qđ penultia longa latine aminadabus eſ-

fert teſte eodem. Iuuencus. Hoc Iacob etẽ̄ puteo cum prole bibe-
bat. Geor. valla. li. xxxviij. cap̄. xxv. dicit tu in cõpoſito tumet cor-
ripi a Lucre. dicente. Tum tumet a nobis &c. ſed fallit(vt opinor)
Placentinus, quia libri quos vidi habent tutemet in meliore ſenſu. Tumet.
Lucret. lib. i. Tutemet a nobis iam quouis tẽpore, vatum terriloqs Tutemet
victus dictis deſciſcere queres. Caſu, memoratu, tantũ producun-
tur quicquid quidam dicant. C

## C in vltimis.

C produc, niſi nec, lac, donec. Sed variabis
Hic bene Pronomen, fac verbum iungimus iſti

¶ C ꝓducitur. vt ſic. Verg. iij. æneí. Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora
ferebat. Mart. lib. vij. Sic ad letheas niſi Neſtore ſerior vndas Non
eat optabis quẽ ſupeſſe tibi. Idem ſemel corripuit. vt li. ij. ad Sextũ.
Et ſecũ ſic vt audiã ſuſurrat, phal. eſt. nõ auſim tñ imitari qa ſemel
tantũ & forſan mẽdoſe corripit. veluti ac (vt Bebeli9 notat) apd'
Papi. in. iij. theb. Sed gelidis ac inertibus æuo, puto mendã eſſe, ꝓ &
Ideo ac ſolũ ꝓduxero. ¶ Corripiunt aũt nec, lac, donec, de lac te
ſtimoniũ mihi nullum eſt niſi oĩm grãmaticoꝝ. Mart. lib. iij. Quã-
ta nec in libycis debuit eſſe iugis, alibi apud eundẽ. Nec armata ma-
nus hydræ mors vna fuiſſet. mẽda eſt ꝓ nõ armata &c. vt apd' Sil.
lib. viij. Cælicolũ matri nec hoc habitata pruinis, menda eſt ꝓ non
Sil. lib. v. Donec abũdanter diffuſo ſanguine late. Procubuit mo-
riens. ¶ Hic aduerbiũ ꝓducit tantũ, & a veteribus diphthõgo ei Hic ad-
annotabat heic, Valla in Matthæũ dicit ſe id in antiquo marmore uerbiũ.
notaſſe. Verg. i. æneí. Poſthabita coluiſſe Samo hic illius arma.
¶ Hic ꝓnomẽ variat, ſed rectius corripit, variari teſtat Ser. in illud
viij. æneí. Eſt hic eſt anim9 lucis contẽptor. Idem in buco. Et vitula
tu dign9 & hic & quiſqs amores &c. Idem in. ij. æneí. Hæc finis Pria
mi fatoꝝ hic exit9 illum Sorte tulit. Hora. Stultus & improbus hic
amor eſt dignuſqꝫ notari. Mart. Hic eſt quẽ legis ille quẽ requiris,
phal. ẽ. Oui Phyllidis hic idẽ teneræqꝫ amaryllidis ignes. Idẽ. xij. me.
Aſt ego dum parat hic armis nudare iacentẽ. Regius corrigẽdum
credit hicce, quia Priſcianus & Donatus dicũt hic ꝓnomẽ corripi,
aduerbiũ ꝓduci. mihi placet, ꝓpter iam dicta cũ Seruio hic ꝓnomẽ
variari. ¶ Matarantius & Ferettus ex Priſciano credunt ꝓnomẽ Hoc.
hoc variari qa in vetuſtis libris apd' Verg. Hocce erat alma parẽs
legit. qd' ꝓductiõis gratia factũ autumant. Ego aũt opinor hoc tã-
tum ꝓduci & hocce feſtiuitatis gratia veterib9 placuiſſe, nam qd
dicent de hæcce, hiſce, hoſce, haſce. ¶ Non grãmaticoꝝ ratiuncu
lis quãtitates ſyllabaꝝ ꝓbari volo, ſed veteꝝ authoritate poetaꝝ,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

apud quos nondum inueni hoc corripi, igitur tantum ꝓducam; Mart.lib.v. Conſequor hoc vt me nec timeas nec ames. Oui.i.faſt. Hoc ego pro vobis hoc vos orate coloni. Sed ad hic reuertor vt correptionē oſtendā. Verg.ænei.iiij. Solus hic inflexit ſenſus animū labantē. Idem in vi. Hic vir hic eſt tibi ꝓmitti quē ſepiꝰ audis

Fac. ¶ Fac, contentiōes grāmaticorꝫ faciunt vt Badius dixerit variari, ſic Bebelius quoqꝫ. Nam Sulpitius vult ꝓduci tantū, teſtimonio Ouidij in.i.de remed. Durius incedit fac ambulet oēs papillȩ Pectus habent tumidȩ faſcia nulla tegat. Vbicūqꝫ vero ꝓduci videt̃ ipſe legendū dicit face ꝓ fac. At Neſtor, Aelius Nebriſſenſis & Nicolaus Ferettꝰ dicūt fac corripi tantū, quia fit a face vbi a corripit̃ vt ſit fac ꝓ face, veluti fer ꝓ fere, & apud Ouidiū teſte Feretto, vbi Sulpitius putat ꝓduci corripit̃, quia ita legit Ferettus. Durius incedit fac obambulet. Neſtor autē Rigā carpit quia ꝓduxerat fac, dicens in geneſi. Tu prior egreſſum fac & cōiunx tua nati. Oui.in.iij.de arte. Millȩ fac eſſe iocos, turpe eſt neſcire puellā. Idem in epiſt. Proteſelai. Et dicet referas arma fac iſta Ioui. Idem. Phylli fac expectes Demophoonta tuum. Auſo.in epig. Aut tranſire iube, vel fac vtrūqꝫ parem. Mar.li.v. Signa rarius aut ſemel fac illud, phal.eſt. ſic in multis alijs locis, nec veriſimile videt̃ oēs libros eſſe mēdoſos. Verūtamen vnicum locū repperi in.i.de arte, qui magnū mihi iniecit ſcrupulū Nam videtur manifeſto ꝓduci, niſi ſit menda. Hos fac armenios, hæc eſt Daneia Perſis.

## D & T.

D D breue ponatur, ceu T, niſi ſincopa fiat.

T ¶ D corripit̃, vt apd' Bogud. Sic noīa in t vt caput, amat, docet &c corripiunt̃ tantū licet Capella dixerit variari. Ego ſine poetarꝫ veterum teſtimonio nihil credo grāmaticis, ideo nunqꝫ ꝓduxero, & at caput legit &c. niſi fuerit ſyncopa, & tūc certe libētius corripuero licet ꝓducentē non multū reprehendero, vt fumat ꝓ fumauit. obit ꝓ obiuit &c. que ꝓducunt̃ quidē, ſed nūqꝫ extra cæſurā. Verg.in.ix. Audijt & cœli genitor &c. At Oui.iij.met. Pro fontibus ille lacuqꝫ Interijt, at vos pro fama vincite vr̄a. Idem.iiij.faſt. Nox abijt oriturqꝫ aurora palilia poſcor. Idem lib.ix.meta. Non adijt apte &c. Iuuena. Quis neſcit aut quis nō vidit vulnera pali. Ouid.iiij.meta. Arduus in nubes abijt, & in æquore ſummo Vmbra viri viſa eſt. Hora.ſat.ix. Quū grauius dorſo ſubijt onus, incipit ille. Iuue. Ma-

Petit gnus ciuis obit, & formidatus Othoni. Verg.lib.ix.ænei. Sceptra palatini ſedemqꝫ petit Euandri, ꝓ petiuit, quod ante mēdoſe legebatur, vt bene docet Politianus in Miſcel.cap.lxxi. & eſt v̄ſus ſpōdai-

Ferettus. cus, cui ſententiȩ male refragat̃ Nicolaus Ferettus argumento ni-

mis friuolo vſus credens, ſcilicet euander primā poſſe corripere,
quia Seruius dicit ꝓpria variari, quod falſum eſſe contra Seruium
manifeſto declaraui. Et ſi aliquo modo id foret, verūtamē nō dix/
iſſet Seruius. In ꝓpriȷs etiā regulas generales cōfundi, hoc eſt non
cōcederet in ꝓpriȷs poſitionē corripi, veluti anchiſes, aut dipthon/
gō, vt autolicus, autonoe, eutychus, euāder, æneas, æacus, œagrus.
Miror Ferettū hoīem alioqui doctiſſimū tam pueriliter erraſſe, ſed
multi carpendi ſtudio hallucinant. Plura ſyncopata aliqn̄ etiā ſine
ſyncopa inuenies ꝑducta, ſed nunq̄ niſi vbi aliqua cęſurarū adeſt.
Ergo conſiliū meū eſt, vt alibi nō ꝑducant, q̄a ſiꝑia inuenim⁹, etiā
vbi nō eſt. Hora. lib. i. car. ode. iȷ. Perrupit achērōta Herculeus la/
bor, aſclep. eſt. Verg. Pectoribus inhians ſpirātia cōſulit exta. Vale.
flac. Sed qualis & quāta viris inſultet enyo. Verg. Muneribus tibi
pāpineo grauidus autumno. Floret ager. Ergo tutior eſt etiā, in ſyn Volup/
copatis correptio. M. olim corripiebat, nunc interimit. In h ad vo
cales ꝑtinent, vt vah, ah, quę ꝑducunt vt dictū eſt. In p vnicū eſt
vetus, vt volup. i. voluptas. & ꝑducit quicq̄d dicant cęteri. Ennius
apud Gel. li. xiȷ. cap̄. iiȷ. Quocū multa volup, ac gaudia clamq; pa/
lamq;. ¶ Producit quoq; Ioſeph, vt cetera barbara q̄ extenſiōe
ſyllabæ fiunt latina, aut græca pęnultima longa, teſte Nebriſſenſi,
veluti alaric, Iſabel, Leonor, Guiomar &c. vñ Alacris Iſabela, leo/
nora, guiomara &c.

L L

L breue ſit, Cum ſol & nil tolluntur hebręa.

¶ L corripit, vt ſal, Hānibal, Hiempſal, mel, fel, Tanaquil. licet Ca/
pella (ſi Bebelio credim⁹) ꝑduxerit. Mar. li. viȷ. Illi tu dabis hęc vl
occupato. Idem ſemel ꝑduxit dicēs. Nō niſi vel oſtro madida vel Vel;
murice tincta. Dicit hoc Gęor. val. li. xxxviȷ. cap̄. xxvi. Vereor ne
mēdoſum codicē nactus fuerit, ideo vel ſolū corripito. Producū/
tur ſol & nil. q̄bus Aldus addit Pol. Oui. ȷȷ. met. Vlterius ſpaciū me
dio ſol alt⁹ habebat. Hora. ad Auguſtū. Nil intra eſt oleā, nil extra
eſt in nuce duri. Ideo errauit inter neotericos poetas doctiſſim⁹ di/
cens. Qd̄ ſcit in occulta turpe nil eſſe domo. Nihil aūt corripit. Per
ſius. Gigni de nihilo nihil in nihilū nil poſſe reuerti. ¶ Hebręa ꝑdu
cunt vt cū aliȷs docet Nebriſſenſis, veluti Michael, Iſrael, in q̄ Sido
niū errauiſſe in a añ e oſtēdim⁹ Nicol, Phicol, Baal &c. Herasmus
ſal ꝑduxit dicēs. Virginitas nitor argēti ſapiētia ſal eſt. noli imitari.

N

N produc. demas an in & prolem, tamen atq;
Forſitan & forſan, viden, huic conformia iunges;

Quod dat inis curtum eſt, velut on, quod tertia neſcit
Corripitur quartus, quando breuis vltima tecti eſt.

On tertię ¶N producit, vt hymen tytan, delphin, & oĩa nomina tertię in
on, quia græce p ω ſcribũtur, nec apud veteres poetas quibꝰ fides
habẽda eſt, illud o corripiũt, niſi dempta n littera in o deſinant, vt
cato, leo, agamẽno, apollo &c. nec refert an gtũs ĩ ontis deſinat, an
in onis pęnultima lõga, an breui, nec facit fidem Sidonius qui cor-
ripuit lacedęmon, vide e ante d. nec hunc ſecutus Bapt. Mãtuanus
dic. Extulit aduerſum celebres Lacedęmon athęnas. Nec Capella in
dictione ammon, vide a ante d adon. Nec Arator lib. i. dicens. Hic
fuerat Simon ille magus. Et lib. ij. Quid tunc dęmon agit, nec plu-
res item neoterici fidem faciũt, quia hi omnes a puritate linguæ la-
tine interim aberrarunt. Mecũ in hac opinione eſt doctiſſimus vir
Nicolaus Ferettus. Verg. i. æneí. Sarpedon vbi tot Simois corre-
pta ſub vndis. Oui. iij. meta. Acteon ego ſum dominũ cognoſcite
veſtrũ. Idem lib. vi. Quem ſibi Pandion opibuſq; viriſq; potentẽ
Hora. in arte. Perfidus ixion, io vaga, triſtis Oreſtes. Ouid. in Ibin.
Vt Macedon icta eſt rapidis cum cõiuge flãmis. Sic pręco r ętherei,
vindicis igne cadas. Propriũ eſt mulieris, vnde macedoniã dictã
putant. In his certe pęnultima genitiui corripit̃, & tamẽ on nomina
tiui apud veteres poetas nunq; corripit̃, nõ opus eſt verbis, ſiquis
Deſpauteriũ conuincere temeritatis vel mendacij volet. id veterũ
poetarum teſtimonio faciat neceſſum eſt, ſecus nugas egerit. Mart.
Præter aquas Helicon & ſerta lyraſq; ſororũ. Manil. At procyon
oriens quum iam viceſima cancro eſt. Errauit in hoc nomine du-
pliciter Bapt. Mant. vide o ante c procyon. Verg. in buco. Formo
ſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Et alibi. Cõpulerantq; gre-
ges Corydon & thyrſis in vnũ. Idem. Te corydon o Alexi trahit
ſua quęq; voluptas. Seruius inqt donoa, antibacchius, ſed o breuis
eſt propter vocalem ſequẽtem, quaſi dicat Seruius. donoa ex natu
ra vocaliũ eſt antibacchius. i. ille pes ex duabus lõgis & breui, ſed
quia aduerbiũ o. hic ꝓpter vocalem corripitur, ideo fit dactylus.
Quocirca errant Tortel. & Calep. in dictione tribrachus, dicentes,
tribrachus pes eſt ex tribus breuibꝰ ſyllabis, vt Te corydõ o Alexi
vbi donoa tribrachus eſt, quũ vocalis ante vocalẽ breuis fiat, dice
re debuiſſent donoa dactylus eſt. Mirum eſt tãtos viros tam pue-
Erotion. riliter erraſſe. Sed obijcient forte mihi Erotion puellæ nomẽ. Mar.
lib. v. Pallida nec nigras horreſcat Erotion vmbras. Idẽ lib. x. Hic
feſtinata requieſcit Erotion vmbra. vulgo Tituli ita habent̃ de he-
rotionte puella, Epitaphiũ herotionis, & per tertiam declinationẽ

declinat hoc nomẽ Calderinus dicen. Martialem nomen finxiſſe a ſuauitate amoris, quia eros erotis amor eſt. Ego puto Calderinũ decipi, & quotquot illi ſuffragãtur. Nam opinor Erotion ſine aſpiratione (licet aliter vulgo fiat) eſſe ſecũdę declinatiõis, vt ilion, glycerion, planeſion, & alia multa quæ ſæpius apud latinos in um deſinunt, vt ilium, phileniũ, glycerium, & in Menęchmis Erotium, Martialis autẽ in græcitate permãſit, quia carmini magis cõueniebat erotion ꝙ erotium. in deriuatiõe nihil errauit Calderinus.

Calderinus.

On gti pluralis

¶ Omne igitur nomẽ in on tertiæ ꝓducatur. Produc etiam oẽm genitiuũ pluralem cuiuſcũq; declinationis fuerit, vt logon, cimmerion, epigrãmaton. Tibul. lib. iiij. Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad auras. Quis nunc; candente dies apparuit ortu. Siue ſuper terras Phœbus ſeu curreret infra. Nominatiuus eſt cimmerij, cuius gtĩs ſecũdum latinam formã eſt cimmeriorũ, ſecundũ græcam cimmerion. Sunt autẽ Cimmerij populi, quibus eſt aer caliginoſiſſimus. Hinc eſt adagium cimmerię tenebre. Lactã. iiij. diui. inſtit. O cæcũ pectus, o mentẽ Cimerijs (vt aiunt) tenebris atriorẽ. Hiero. contra Ioannẽ hieroſolymitanũ. Rogo quæ tanta eſt cæcitas cimmerijs (ſicuti aiunt) tenebris inuoluta. Indocti (vt Beroaldus notauit) cineritijs ſcripſerũt iudicio ſane cinericio, & oĩmi penitus ſcintilla viduato.

Cimmerij.

¶ Tollũtur a regula An, in, cum prole, dein, exin, ſubin, proin, tamen, attamẽ. forſan, forſitan. An vide a ante t. ater. hinc an ne. Claudianus. An ne ego terrigenas &c. Reliqua facile occurrent. addam hoc Ouidij a Verulano citatũ. Nec tamẽ emendãdo labor ꝙ ſcribere maior. Nota gerundiũ.

¶ Viden & q̃cunq; per apocopon ne habent, vt men, ꝓ mene, ten, ſcin, vin, am, ſatin, egon, nemon, dixin &c. Licet Sulpitius velit men & ten ꝓduci, nemon variari, & Seruius cũ Lactantio dicat viden naturaliter produci. licet Verg. & Papi. corripiant. Seruius quidẽ in illud æneí. vi. Educet viden vt geminę ſtant vertice criſtę. Viden inqt naturaliter longa eſt. breuẽ tamen eam poſuit ſecutus Enniũ. Lactantius vero in illud. Papi. x. theb. Ipſa dedi viden, vt iugulo cõſumpſerit enſem Viden (inquit) ſyllaba cũ naturaliter longa ſit, tamẽ eam corripuit ſecutus authoritatẽ Maronis, Mecum ſentit Nicolaus Ferettus. Tibul. Si vereare precor viden vt fœlicius extis. Ego itaq; credo in omibus naturã interrogatiui ne ſeruari, & oẽs eiuſmodi dictiones corripi, donec ex veteribus poetis contrariũ conſtet.

Viden & ſimilia.

¶ Corripe en habens inis in gtõ, vt pecten, crimen &c. Manil. lib. iiij. Crimen vbiq; frequẽs & laudi noxia iuncta eſt. hoc eſt contra doctiſſimũ q̃ndã credentẽ nuſq; reperiri noxia ſubſtantiuũ. Idem in eodẽ lib.

En inis.

Quinetiam infœlix virtꝰ & noxia fœlix, Et male cõſultis preciũ eſt.
On ſcdę ¶Corripit̃ quoqꝫ in on ſecũdę declinatiõis, quod latini in um vertere ſolent, vt erotion, ilion, pelion, barbiton &c. Oui. Ilion & tenedos, Simoiſqꝫ & Xanthus & Ida. Idem in epiſt. Pelion in tyriã trãſfer fœlicius vrbẽ. Luca. Pelion opponit radijs naſcẽtibus vmbras. ¶Corripit̃ actũs cuiꝰ noĩatiui vltima corripit̃, vt Medean, maian
actũs in. & ſimilia a noĩatiuo in a. menelaon, orpheon, priamon, iacobon, & omnis alius actũs in on ab os vel us correpto, parin, ibin, ityn, tethin & tethyn, licet aliqui dicant vltimũ ꝓduci tantũ, quia tethys etiã legit̃ vltimã corripe, vt docebo in is. Papi. vij. theb. Nãqꝫ ferũt raptã patrijs reginã ab vndis. Idem ſcd'o achil Quid ſi nunc aliqs patrijs rapturus ab oris, Deidamiã eat. Ouid. in ibide. Strymoniæ matres orpheon eſſe ratę. Idem in epiſt. Tu fore tam lentũ iuſta Menelaon in ira. Et geminos fratres Tyndareũqꝫ puta. Idem vij. met. Procrin habe dixit. In eodem. Tantaqꝫ nox animi eſt Ityn huc acerſite dixit. Idẽ in ibide. Et fletu madidis ibin adite genis. Papi. in achil. Et thetin & comites & quos ſuppreſſerat ignes. ¶Accuſatiui a lõgis noĩatiuis ꝓducunt̃ tantũ, vt ęneam, anchiſen, helenen, & reliqui
En & an ab as es & e, de qbus omĩbus nimis frigide & incerte loquũtur Ve
actĩ lõgi. rulanus & Nebriſſenſis. Ouid. Aeneam animo nocte dieqꝫ refert. Idem. Reſpice Laertem, vt iam ſua lumina cõdas. Priſ. in perihe. Europen aſiæ Tanais diſiũgit ab oris. Oui. in vi. met. Fecit & aſterien aquila luctante teneri. Idẽ in epiſt. Deianire. Mittor ad alciden e cõiuge cõſcia mentis. Littera ſi cõiuux deianira ſua eſt. Sic cæteri q̃tq̃t ſunt fide digni, ideo nõ recte dixit Sulpitius hæc variari. Sidonius in græcis plærũqꝫ errauit vt ſæpe oſtẽdimus, & nunc errat in actõ alciden dicens in p̃fatione tertij panęgy. Nec quę Cadmęis pariens Alciden in oris. Suſpendit triplici nocte puerperiũ. Mart. Te fingẽte nefas Piladen odiſſet Oreſtes. Cum Sulpitio titubat Bebelius. Hymen ꝓducitur. licet vltima genitiui hymenis corripiat̃. Catul. Hy-
Hymen: men o hymenęe hymenades o hymenęe.

R

R breuies, produc cuius dat patrius eris,
R Addito iber, aer, æther. Sit celtiber anceps.
Vt cor non longum melius producito tantum,
Cur, far, lar, fur, nar, par, nec prolem breuiabo.

¶R corripitur, vt mulier, pater, mater, hector, neſtor, licet a græcis ꝓducãtur πατηρ ματηρ εκτωρ &c. teſte Neſtore, quia videndũ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt quid latinis placuerit, nō quid græci fecerint, ſiquidē velim⁹ lati- ne ſcribere. Oui. xij. met. Inferias dederat cū fratrib⁹ Hector inanes Papi. x. theb. Non ora viꝶ non pectora flectit Imber atrox, rectoſ que tenent in mœnia vultus, ſic Verg. cæteriq́. in hoc errauit Alexā der. Verg. in ætna. Purpureaq́ rubens ſurgat iubar aureus oſtro. Mart. lib. i. Ecce vir eſt nūquid paula negare potes? Et lib. ij. Grādia ꝟba vbi ſunt. ſi vir es ecce nega. Oui. i. met. De grege nūc tibi vir & de grege natus habēdus, cæſuræ licētia eſt. Verg. Hic vir hic eſt &c. ſic reliqui. quocirca nolim imitari. Petrarchā, hoc nomē admodū ſæpe ꝓducentē, vt in. iij. aphricæ. Hæc tibi cura dat̃ vir optime, nā tibi ſermo Dulcis adeſt. Oui. ix. met. Et paulū blandita fer has fidiſſi me dixit. ¶ Producunt̃ noīa in er habentia eris pænultima lōga in genitiuo, vt crater, character, clyſter &c. quæ græca ſunt oīa p̃- ter ver veris. Oui. Ver erat æternum. Manil. lib. i. Crater & duplici centaurus imagine fulget. Idem lib. v. Vltima pars magni cū tollit̃ ore leonis. Crater auratis ſurgit ſtellatus ab aſtris. vulgo mendoſe legit̃ Crater & auratis &c. Proper. lib. iij. Ante fores tēpli crater anti ſtitis auro Libatū fundens in tua ſacra merū. Luca. lib. vi. Si tibi du- rus iber, aut ſi tibi terga dediſſet. Cantaber exiguis aut longis teuto nus armis. Iber. i. hiſpanus. Iberes in armenia ſunt. Vale. flac. lib. v. Quos nec Iber aut tuta ſuis aurora pharetris Suſtīeat, Celtiber va riatur. Nam Priſcia. lib. vij. ait vnicū nomen ſecūdæ declinationis ꝓducere er, quod eſt iber cum ſuo cōpoſito celtiber. de correptiōe ſatiſfacit Martia. dicens lib. x. Ducit ad auriferas, quod me ſalo celti ber oras. Ideo nō male dixit Alexander, Celtiber atq́ lacer, dicitur quoq́ celtiberus pænultima lōga. Catul. ad Egnatiū. Nunc celtibe rus celtiberia in terra, ſcazon eſt. ¶ Celtiber pænultima obliqui ſemꝑ ꝓducit, vt in cremētis recte ꝓbauimus. Verg. lib. vi. Largior hic cāpos æther & lumine veſtit. Oui. vi. met. Audiat hoc æther & ſi deus vllus in illo eſt, ſic cæteri. Lucre. lib. v. Inde mare, inde aer, in- de æther ignifer ipſe, vide etiam a ante e. Multi credunt aer a Clau- diano licenter corripi in pri. de raptu Proſerpinæ dicente. Lucidus vmbroſo miſcebit̃ axis auerno, ſed vt recte docet Calepinus, mē- doſe legunt, & pulchrum poetæ ſenſum peruertunt, quia axis nō aer, legendum eſt. Aer itaq́ nuſq́ corripitur a doctis. Cor rectius corripit̃, quia ſemel tantū inuenio ꝓduci. Oui. in epiſt. ſaphus. Mol le meū leuib⁹ cor eſt violabile telis. Idem. v. met. Inq́ cor hamata ꝑcuſſit arundine ditem. Idem. v. triſt. Strāgulat incluſus dolor, atq́ cor æſtuat intus. Ibidem. Molle cor ad timidas, ſic habet ille preces Idem in primo de ponto. Confiteor miſero molle cor eſſe mihi.

Imber.

Crater.

Iber.

Celtiber.

Aeter

Aera.

Cor.

Auſo.in epig. Qui remiſco putat ſe dicere poſſe latine. hic vbi cor ſcriptum eſt, faceret cor ſi cor haberet. Nota, pnomen hic, hic, pduci. Mar.lib.x. Dotatę vxori cor arũdine fixit acuta, ſic cæteri. Hora. Cur ego ſi nequeo ignoroq; poeta ſalutor. Ouid.i.faſt. Ante deos homini quod conciliare valeret, Far erat & puri lucida mica ſalis. Idem. v.faſt. Exagitant & lar & turba Diania fures Peruigilãtq; canes puigilãtq; lares Turba diania.i.canes, quia Diana eſt venatrix Perſius. Fur es ait pedio. Verg.in.vij. Sulphurea Nar albus aqua, fonteſq; Velini. Val.flac.lib.i. Par oneri clauęq; capax. Sil.xiiij. Par omes ſimul ira rapit Catul.ad Leſbiam. Ille mi par eſſe deo videt. ſap.eſt. Ver.in ętna. Nã ppe naturę par eſt violẽtia ſemp. Lucre.in.i Hęc ſolitiſum⁹ vt par eſt euẽta vocare. Idẽ dices de cõpoſitis. Hora.ſat.ij.lib.ij. Ludere par impar equitare in arũdine lõga. Idem Vt matrona meretrici diſpar erit atq;. Sic cęteri, q puritatẽ illã lĩguæ latinę veterẽ obſeruarũt. Quocirca nõ imitabor Auſoniũ Gallũ de ternario numero dicentẽ. Tris primus par impar habet, mediũq; ſed ipſe &c. Nec Auianũ dicentẽ, diſpar erat fragili & ſolidi cõcordia motus. Oui.in ponto. Hei mihi q̃ diſpar eſt locus ille Getis. nec ſequar Petrarchã in vij. aphricę dicentẽ. Aſt aliũ timuiſſe par eſt ab origine rerũ. Bebelius ait. Impar. Caius Suetonius trãquillus corripit præter morẽ. vellẽ v̾ſum adduxiſſet. Tu igit̃ par, impar, diſpar cõpar &c. ſemp pduc. Bebelio vix credo, quia dictis verbis ſtatim ſubiecit mendacium, dicens. Lynter vltima longa &c. Tibul.lib.ij. Exiguus pulla per vada lynter aqua.

Cur. Par. Lar. Fur. Nar. Par cum ſuis compoſitis. NOTA Lynter.

## As.

As. As produc, ſed addis que dant patrio breuiantur,
Et ternę quarto, vates bonus helias inquit.

¶ As pducit̃ vt foras. Hora. Ne fidos inter amicos ſit, qui dicta foras elimiet. Bebelius dicit a Lucretio corripi. Perlegi diligẽter libros Lucretij nec iſtud notare valui, ideo puto Bebelium nactum fuiſſe mẽdoſos libros. Vellem verſum Lucretij citaſſet. Foras itaq; tantũ pduc. ¶ Corripiunt̃ tñ oĩa noĩa tertiæ, q̃r; gtũs in adis vel ados definit. Perſius. Hoc natat in labris, & in vdo eſt menas & atys. Hora in arte. Pythias emũcto lucrata ſimone talentũ. Ouid.ij.de arte. I procul hinc dixit, non eſt mihi tibia tanti, Vt vidit vultus Pallas in amne ſuos. Idem vi.meta. Pallas anum ſimulat. Papi. viij.theb. Pallas ad hunc præſens illum Tirinthius implet, ſic cæteri quotquot ſunt fide digni corripiunt hoc nomen. Oui.ſcd'o metamor. Arcas adeſt ter quinque ferens natalibus annos. Capella lib.pri.

As adis. Arcas.

Arcas in thalamos venire iuſſus, phal. eſt. habẽs in prima regione
trocheum, in qua re imitatus eſt Catul. id ſæpicule facientẽ, vt in. i.
carmĩe. Quare habe tibi quicqd eſt libelli. Qualicũq; quidem ora
per virorꝫ, ſic alibi frequẽter, vt ante meminimus, quę res Bebeliũ
& plures decepit. ¶ Corripe quoq; actm̃ pluralis numeri tertiæ
declinatiõis. Mar. lib. ix. Phineas inuites apher & ædipodas. Papi. in — As i acti- uo tertiæ
xi. theb. Vota deis cæco, nec erinnyas ore rogaui, ſed libri fere hñt
erinnas p ſyncopã, & ſic pducit vt dicit Gęor. Valla. li. xxxviij. ca.
xxix. Oui. in epiſt. In te fingebam violentos troas ituros. Perſius.
Phyllidas Hypſiphilas vatũ & plorabile ſiquid. Verg. Permixtos
heroas & ipſe videbit illis. Idem Aonas in mõtes vt duxerit vna ſo
rorꝫ. Idẽ. x. æneı. Indulgent vino vertunt crateras anhelos. ¶ Au-
ſonius & Bapt. Mantuanus corripiunt helias. vide i ante a.

## Es. — Es.

Ponitur es longum, pluralia corripe græca
Quæ creſcunt, velut es de ſum, penes, inquies adde
Cum neutris, & ſi patrio eſt pœnultima curta
Ternę, tolle ceres, aries, paries, abies, pes.

¶ Es pducit, vt anchiſes, dares, &c. contra Martianũ Capel. q falſe
ait, es in græcis corripit, vt anchiſes. Verg. in. v. ænei. Anchiſes ala-
cris palmas vtraſq; tetendit, facile occurrent plura teſtimonia in. i.
lib. Sillij mendoſe chromes, p chremis legit. Tum frontẽ chremes
intonſam &c. tu legito, Tum frontẽ chromis intonſam vibrãte ca
pillo Septus, & horrentes effingens crine galeros. In hac re errauit
Sidonius, teſte etiã viro doctiſſimo Io. Bapt. Pio, vt lib. viij. epiſt.
Aut quo tu Latium beas Hora. Alcęo potior lyriſtes ipſo, phal. eſt — Lyriſtes.
vt in laudib[9] Narbonis. Siue Aeetes & inclyt[9] Iaſon. vltimã in his — Aeetes.
corripi ſyllabã iudicamus cũ Pio menſui modulorꝫ diſſentaneũ q a
per η græce ſcribunt. ποιητησ ψαλτησ αιητησ &c. poetes pſaltes
lyriſtes æetes &c. ¶ Corripiunt antẽ om̃ia græca pluralis nume-
ri tertię declinatiõis, creſcentia in ſingulari, veluti dęmones, vaſco-
nes, britones, & om̃ia ab on, pæanes, ſirenes, delphines, & quęcũq;
additione is ſyllabæ faciunt gtm̃ ab n. ¶ Om̃ia ab er pducto vt — Es plura- le.
præſteres, crateres. Om̃ia ab or pęnultima genitiui correpta vt he-
ctores, caſtores. At latina ſunt arbores, memores. ¶ Om̃ia ab as
antis vel adis. vt gigantes, arcades. Om̃ia ab es etis. penultima lon-
ga pręter inquies, locuples, quia latina ſunt, vt lebetes, tapetes, dare
tes, magnetes, cretes. Om̃ia ab is, idis, vel entis, vel ios aut eos, vl ys
yos, vt pyxides, iaſpides, erinnyes, ſed lapis & cuſpis latina ſunt.

Omĩa ab os ois, vt heroes troes, & a ceros, vt rhinocerotes, & eros vt philerotes. ¶ Omĩa ab vs odis & untis, vt tripodes opuntes. Quædã ex abs, yps, aps, ops, vt arabes, chalybes, lælapes, dolopes cyclopes, hydropes &c. Opes autẽ latinũ eſt vt dapes. ¶ Oĩa maſculina ab ex, vt thoraces, & quæcũq; habent gis, vt leleges &c. prę ter rex, grex, remex, lex cõiunx, frux. Sunt alia quoq; de quibus nõ eſt certa regľa, vt cares, cilices &c. quoꝝ tamẽ nõnulla latinoꝝ mo re ꝓduci cernes. id nunq̃ ꝓmiſero ſine authoritate, adeo rara eſt ꝓductio & tam frequẽs correptio. Papi. theb. iij. Nocturnęq; gemũt

Striges. ſtriges & feralia bubo, Dãna canẽs. Ver. xij. ęnei. Iam vo Rutili cer tatũ, & troes & oẽs. Idem. Troes agũt &c. Idem. x. ęnei. Arcades inſuetos acies inferre pedeſtres. Luca. lib. i. Pugnaces pictis ꝓhibebant lingones armis. Iu. Quo nec terribiles cimbri, neq; britones vnq̃. Idem in. xv. ſat. vaſcones, vt fama eſt alimẽtis talibus vſi. Claudianus in. iij. de raptu ꝓſerpinę. Iam cœlum titanes habent. Verg. ęnei v. At ꝓcul in ſola ſecrete troades acta. Oui. x. met. Vrnisq; vacarũt Belides, inq; tuo ſediſti Siſyphe ſaxo. Proper. Tunc me vel tragicę vexetis Erinnyes & me. Sic cyclopes, nereides, delphines & cætera quę omĩa puto melius corripiẽda eſſe. Nam apud Iuue. ſat. vij. Stãtib⁹ Cenophoꝝ, tripodes armaria, ciſtas, cæſurę licentia videri poteſt. Eſto tamẽ ꝓducat tripodes nõ facile obid cõceſſero cętera ꝓduci poſſe. At lõga ſunt gades, ſyrtes, carybdes, q̃a nõ creſcunt. Verg. Quid ſyrtes aut Scylla mihi quid vaſta carybdis Profuit. ¶ Es a

Es vbũ. ſum corripit̃, ab edo ꝓducitur, author Priſcianus. Ouid. in. i. meta. Quiſq; es hoc poteris mecũ conſidere ſaxo. Verg. Huc ades o formoſe puer. Ouid. Nec potes in verſum Tuticani more venire &c. Horat. Quem penes arbitriũ eſt &c. ¶ Inquies contra primitiui

Penes. naturã authore Priſciano ex Probo, quẽ ſecutus Alexander dixit.

Inquies. Inquies eſt curta, tamẽ etis erit ſibi longa. Mallem poeticũ teſtimonium, quia Probus mľta dixit a nullis poetis obſeruata, vt pes corripi. Et ideo Bebelius recte dixit inquies melius ꝓduci. ¶ Corripiũtur noĩa neutri generis, vt hippomanes, cacoethes &c. Author eſt Geor. Val. Placentinus lib. xxxviij. cap. iij. ſat vij. Tenet inſanabile multos Scribendi cacoethes, & ęgro in corde ſeneſcit, ita dicit

Es neutri generis. ſe in antiquo codice longobardis exarato litteris legiſſe linguæ latinæ columẽ. Ang. Politianus, ꝓ quo inepte legit cacethos nihili dictio, vtpote nec latina, nec gręca. Mancinellus. Iuue. interpres ſic ait Cacoethes neutri generis tetraſyllabũ eſt. cacon malum eſt ἦθοσ p. η

Cacoethes. id eſt ethos p e longũ mos dicitur, ſed ἔθοσ per e tenue. i. ethos per e breue conſuetudo dicitur, vide plura in e antec. ¶ Corripiuntur nomina tertiæ in es penultima genitiui corripiẽtia, vtpote quæ itis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etis, aut idis penultĩa breui obtinent vt miles, terès, deſes &c. Horat.
Hæc ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis. Verg. in. vij. ænei. Es breue
Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos. Verg. in vi. ænei. Obuius ar tertiæ.
mato ceu quum pedes iret in hoſtem. Verg. de viro bono. Securus
mundi inſtar habens teres, atq; rotundus. Non credo teres ꝓduci,
licet id teſtetur Ferettus interpres corripitur, licet Bapt. quodam in Ceres.
loco videat̃ ꝓducere. At ſolũ ꝓducunt̃ ceres, abies. paries, aries, &
pes cũ ſuis cõpoſitis. Verg. Flaua Ceres alto neq̃q̃ ſpectat olym-
po. Mart. lib. iij. Hic farta premit̃ angulo ceres omni. Scazon eſt, ſic
cæteri (licet Ferettus putet variari) niſi forte Boetius in li. iij. ode. i.
Vt noua fruge grauis ceres eat. ꝟſus eſt ithyphallic⁹ cõſtans dacty
lis tribus & pyrrhicio, ſed forte s eliditur. vt in palus apud Horatiũ
& in cerneres apđ Capellã lib vi. dicentẽ. Hic igit̃ furuę oculos ſplẽ
deſcere noctis Cerneres ex auro vt ſacra flãma micat. Ego hoꝝ ni
hil imitari auſim, Pręterea nimis frequẽs eſt apud Capellã vocalis
ante vocalem nõ interempta. Verg. in buco. Populus in ſyluis, abi
es in mõtibus altis. Idem in opuſculis. Quã fixam paries illos ſerua
bat in vſus. Luca. Extruitur qđ nõ aries impellere poſſit. Vergi. iij.
Geor. Pes etiã & camuris hirtę ſub cornibus aures. Feſtus in Arato
Deſuper aurigę dexter pes imminet aſtro. Proper. lib. ij. Quę nũq̃
ſupra pes inimicus eat. Hora. ſaty. iij. Om̃ia magna loquens mõ ſit
mihi menſa tripes & Concha ſalis puri. Iuue. ſat. xi. Hinc ſtomacho
bilis nã pes argenteus illis. Oui. vi. met. Nec pes ire poteſt, intra q̃q̃
viſcera ſaxũ eſt. Luca. in. i. Primus in obliquũ ſonipes opponitur
amni. Verg. Stat ſonipes & fręna ferox ſpumãtia mãdit. Idem in. x.
Tollit ſe abreptum q̃q̃ diu pes & calcibus auras. Verberat. Sil. lib. iij. Pes.
Et doctus virgę ſonipes in caſtra ruebat. Verg. Quales apes æſtate
noua ꝑ florea rura, ſic cæteri quotquot puritatẽ linguæ latinæ in-
uiolatã cuſtodiere, licet Probus voluerit pes corripi, cui quantũuis
vetuſto grãmatico ſine veteꝝ teſtimonijs poetaꝝ nihil credimus
& multo minus Alexandro Gallo, nec fidẽ facit Auſonius Gallus. Auſoni⁹
Hic em̃ licet optime multa dixerit, quædã tamẽ contra veterũ au-
thoritatẽ nimis audacter, aut ex induſtria, aut per ignorantiã dixit,
vt libros noſtros perlegenti patet. nolim itaq; Auſoniũ imitari, di
cẽtem de numero ternario. Qui bipes & quadrupes foret, & tripes
omnia ſolus. Terruit aoniam volucris leo &c.

## Is. Is

Is breuio, verum plurales protraho caſus,
Iſq; quod in patrio mutatur in itis & inis,

Aut entis, Tethys vario. Glis vis quoq; nomen
Cum verbo longum eſt, veluti perſona ſecunda
Protrahit is quoties itis plurale reponit.

